13561/B

C.E. BESSLER

GRP 12/78

J. E. E. BESLER

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30539043

PERPETUUM MOBILE

Das Triumphirende

PERPETUUM MOBILE

ORFFYREANUM

an alle

Potentaten/ hohe Häupter/ Regenten und Stände der Welt/ ꝛc.

In gebürender Submission

Zu etwanniger Erhandlung vorgestellet/

und als ein Entrag entworffen/

von dessen Inventore,

ORFFYREO.

Der Könige und Fürsten Raht und Heimlichkeit soll man verschweigen/ aber Gottes Werck soll man herrlich preisen und offenbahren/ Tob. 12. vs. 8.

1719. im October zu CASSEL gedruckt

und verlegt von dem Inventore selbst/ bey dem es auch bereits schon eingebunden zu bekommen ist auf dem Schloß Weissenstein.

72878

TRIUMPHANS PERPETUUM MOBILE ORFFYREANUM

Omnibus

Summis Orbis Universi Principibus, Magistratibus & Statibus

debita cum Submissione

Venale propositum,

una cum

variis ejusdem effectibus per Authentica testimonia confirmatum

ab ejusdem Inventore

O R F F Y R E O,

Arcanum Regis bonum est occultare, opera autem Dei revelare gloriosum. Tob. XII. v. 8.

Typis Cassellanis exscriptum anno M DCC XIX. Mens. Octobr.

Sumptibus Ipsius Inventoris, apud quem in arce Weissensteiniana compactum venale prostat.

PERPETUUM MOBILE

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

Eltkundig ist es / daß das Principium Motus Perpetui Mechanici, viel Secula her / von ingenieusen Mathematicis und andern Künstlern (mehrentheils mit zieulichen Kosten) nicht nur gesuchet worden; sondern daß auch je und je sich Jemand hervor gethan / der es entdeckt zu haben prætendiret / und daß ers wahrhafftig besitze / die Welt bereden wollen.

Wie es aber bey würcklicher Außführung derer aufs subtilste außgesonnenen Mechanischen Idéen, (nach denen eine todte Materie sich selbst bewegen / über das auch noch Lasten heben / und gleich einer lebenden Creatur hätte arbeiten sollen) sowol denen / welche profundiora Matheseos nie eingesehen / und bey denen Gelehrten Empirici heissen; als auch bey denen berühmsten / und zu ihrer Zeit ansehnlichsten gelehrten Leu-

QUot Secula effluxerint, ex quo Principium motûs perpetui Mechanici ab Ingeniosissimis Mathematicis, Peritissimisque Artificibus, non sine exiguo opum propriarum impendio non tantum sit investigatum; sed non unus etiam sit auditus, qui Orbi Curioso, inventum utilissimum hoccè Arcanum & à se detentum, persuadere conaretur, id quidem omnibus quam notissimum esse, me judice vix dubitari potest.

Neque minus in aprico positum reor, quam infelicem habuerint exitum laudandi acutissimique conatus cùm eorum, quos à superficiaria Matheseos cognitione Empiricos eruditi appellant, tum eorum etiam, quos solida Scientiarum Mathematicarum cognitio Eruditissimorum Celeberrimorumque Virorum albo jure inserit. Utut enim utriq; rei mortuæ non motum tantum proprium, sed con-

Leuten / noch immerfort Fehl geschlagen; So ist nichtweniger Weltkundig / wie daß die Experience, einem so ängstlichen Suchen und Bemühen / bemeldter beyder Sorte noch niemalen / weder ihr allein gültiges Ja-Wort geben; noch ihrer über die sich im Sin gefassete Auflösung / eines Problematis plusquam Deliaci, etwa anticipirte Freude / unterschreiben und besiegeln wollen.

Ja / es ist dahin gedichen / daß die verständigsten Leute zu approfondiren gewust haben; es sey die Ursach solcher so langwierigen Inexaction obgedachten hochangelegenen Vorhabens weder in menschlichem Fleisse / noch in einer insuffisance Mathematischer auflöse-Kunst / sondern bey der Natur selbst / und bey ihren in Ewigkeit ohnhindertreiblichen Gesetzen zu suchen und zu finden / besage mehr als einer deßwegen an den Tag gelegten Mathematischen Apodixi.

Wannenhero es folglich nicht fehlen können / daß die besten Ingenia, auf hohen Schulen / durch solche / wider das ferner weit zu suchende Principium motus Mechanici perpetui auß-

sequentem inde aliorum corporum motum asserere laborarint: neutiquam tamen candidum approbantis experientiæ calculum sunt promeriti; tantum abfuit, ut Orbis Universus, Argo quovis oculatior, ab iis præconceptæ Problematis hujus plusquam Deliaci Solutioni, enatoque inde præmaturo nimium gaudio, vellet subsignare.

Quid, quod ex frustra impensis tot sumtibus irritisque eruditorum conatibus ea demum omnium animis inolevit opinio: frustra summi hujus Problematis solutionem quæri; non quod quidquam in Hominum diligentia aut Scientiarum Mathematicarum capacitate jure possit desiderari; sed quod æterna quædam & plusquam adamantina naturæ lex omnes omnium conatus, labores & vigilias eludat. Ut hæc omnia non una Mathematicorum Apodixis publicis vulgata typis Orbi Universo persuadere allaboravit.

Atque ex fonte demum profluxit Illa Excellentissimorum Ingeniorum in investigando Arcano hoc segnitia, aut desperatio. Vix enim insolubiles illas, ut videban-

tur,

außgefertigte/ohnüberwindliche Demonstrationes nicht solten dermassen occupiret (mag nicht sagen/ præoccupiret) worden seyn/ daß Sie sich über einige alte oder vormalige Sucher dieser surprenanten Sache mit Recht haben wundern müssen/ wie es nemlich hat möglich seyn können/ daß solche Leute bey notorisch grosser Gelehrsamkeit und penetratione abstrusorum Matheseos, sich dannoch bey einer so eiteln/ per rerum naturam, ja gar per Demonstrationem Mathematicam, handgreiflich-unmöglichen Unternehmungen/ so lange haben arrétiren mögen; ohne ihre Fehler wahr zu nehmen.

Man hat sich aber hierbey leicht zufrieden gestellet/ in Betrachtung/ daß vor Alters die Mathematische erweisungs-Kunst in Scientia Staticâ und ihr anhängenden Theilen/ so weit noch nicht getrieben gewesen seyn müsse/ als nun; weßwegen man nun eines Glücks willen/ so die Modernen geniessen/ denen Anciens so vielmehr zu condoniren/ als sich zu gratuliren Ursach habe. Daß man nemlich mit einem solchen mechanischen Zweifels-Knoten/ eben so wenig/ als mit der Quadraturâ Circuli,

tur, demonstrationes in Academiis animo suo intime combiberant, ecce tibi non omnis tantum ardor deferbuit, sed & complures non parva subiit admiratio: quì fieri potuerit, ut tot Summi in Mathematica Scientia Viri, quibus ipsa Matheseos arcana intimosque recessus subire concessum erat, tot seculis rem, quam ipsa rerum Natura & Mathematicæ demonstrationes impossibilem evincebant, tanto conatu, tot vigiliis, tanto impendio sectarentur, neque errorem ipsi suum, ut erant sagaciſſimi, deprederent.

Fateor, non parum hanc ipsam plurimorum admirationem sufflaminavit ea ipsa cogitatio, quod Majorum nostrorum ætate demonstrationes Mathematicæ in Scientia Statica connexisque cum ea Matheseos partibus eum, quem jam obtinent, perfectionis apicem non attigerint, tantoque facilius irritus ille Antiquorum labor iis sit condonandus, quanto prolixius nobis est gratulandum, quod ab ejusmodi Mechanico Problemate solvendo non minus cessare liceat, atque à

culi, hinführo mehr geplaget seyn dürffte. Da indessen doch die Inventio Graduum Longitudinis zur See; It. in Scientiâ Naturali, sonderlich der Chymie das Punctum Metamorphoseos Metallorum, und dergleichen andere viel in recessu habende Problemata, die gelehrt- und kluge Geister herum zu tummeln / noch Platz / und seiner Gold-Börse den Schwulst zu vertreiben Gelegenheit genug hergeben können.

Nach und nach aber ists mit fernerweitiger Inquisition, auf das Principium Motus Mechanici Perpetui dahin gekommen / daß man durchgängig davor gehalten / es werde solchen Suchern nicht besser / wol aber nohtwendig dabey unterlauffender Depensen halber / weit schlimmer gehen / als denen / welche die Verhältniß der Peripherie eines Circuls gegen ihren Diametro mit außsprechlicher Zahl der Theile / vollenkommen außzudrücken / oder / welche das Latus und Diagonalem Quadrati mit einerley Maaß-Stab exactè zumessen; oder / welche zu denen fünf Corporibus regularibus noch einige mehr

Quadratura Circuli Orbi Erudito communicanda. Utut enim ab horum problematum impossibili solutione abstineamus, esse tamen non pauca ardua satis implexaque Mathematicorum problemata, quæ luxuriantia Eruditorum ingenia fatigent, & bulgas nimio ære turgentes emulgeant, inventionem, nimirum, graduum longitudinis, navigantium commodis securitatique longe saluberrimam, &, ut alia omittam, solertissimè diutissimeq; investigatum punctum illud Metamorphoseos Metallorum.

Hæc inter eruditorum præjudicia eorum, qui *Principium motûs* Mechanici perpetui investigabant, ea tandem evasit conditio, ut passim omnes velut ex Tripode pronunciarent: Scrutatores Motûs hujus perpetui non pari tantum, sed &, ob inutiles easque gravissimas impensas, longe deteriori sorte futuros, atque eos, quorum animis pertinax ea sedet sententia, quod æqualitatem peripheriæ circuli cum suo diametro finito partium numero plene explicare, aut latus & quadrati diagonalem eadem decempeda metiri, vel ad inventam corporum regularium pentadem a-

lia

mehr außzufinden/ dañ und wañ sich bemühet haben.

Ja es haben moderni Mathematici nicht nur sich billig geschämet/ für ihre eigene Persohnen/ noch ferner nur die geringste Zeit auf die Solution besagten Problematis Mechanici vexatissimi zu verwenden/ nachdem es durch mehr und mehr außgekünstelte Demonstrationes in contrarium bey ihrem Foro gar explodiret worden; sondern Sie haben gar diejenigen/ so etwa darauf gefallen/ verachtet/ Sie vor halb unsinnig/ vor Narren/ ja nicht besser als in Finsterniß tappende Alchymisten gehalten; darum weil Sie wider Raison, unmöglicher præstandorum sich unterfangen wollen.

Curiosi duldeten zwar noch offtmals solche Kunst-Sucher/ indem Sie supponirten/ daß über dem Suchen des Perpet. Mobil. dan und wan feliciter errando, noch etwas nützliches gefunden werden/ und zu Tage kommen möchte. Dahingegen andere solch Beginnen schlechthin vor solche

lia se addere posse putant & alborant.

Quin ii, qui nostro vivunt seculo Mathematici, sibi jure sunt visi erubescere, si ipsi vel punctum temporis Mathematicum solvendo huic Problemati Mechanico vexatissimo impenderent; præcipuè ubi Problema hoc auctis quotidie impossibilitatis suæ, ut rebantur, demonstrationibus in foro Mathematico derisum est, & ut vel ullo indignum labore proscriptum. Ex quo ipso id etiam natum est, ut Mathematicorum Scholæ eos, quibus problematis hujus solvendi amor altius insederat, deriderent, Helleboro purgandos pronunciarent, aut cum cœcutientium Alchymistarum turba procul ad Anticyras ablegarent, sanorum eos commercio hominum indignos rati, qui viribus etiam Herculeis majora temerario ausu aggredi non erubescerent.

Fuere quidem aliquot novarum rerum curiosi, quibus *mobilis* hujus *Perpetui* Scrutatores visi sunt tolerandi, dum in eam abierant sententiam, futurum, ut Scrutatores hi feliciter errando non nihil humanis usibus utile reperirent: at alii contraria omnia opinabantur, institu-

che extravaganz und der mathematischen Solidité zu wider lauffend/ vor sündlich/ vor eine Prodigalité, ja vor eine Mathematische Schwärmerey angegeben; und ihre Discipulos und Assectas so mündals schrifftlich/ mit gleichen Principiis imbuiret/ und ihnen ein solches Concept beygebracht/ welches endlich zum sensu omnium Mathematicorum communi geworden zu seyn scheinet.

Ob nun wol noch je und je unter klugen Leuten jemand gewesen/ dem sothanig Mathematisches Conclusum einer mit unter lauffender übereilung verdächtig geschienen/ so sind sie doch alle/ durch die Authores einer præsumirten Mathematischen Apodixi übertäubet/ und haben alle und jede/ so sich in Mathematicis etwas solides gethan zu haben piquiret/ ohne fernere Discussion oder Scrupel, das gute Perpetuum Mobile pure mechanicum, unanimi consensu abandoniret/ und dessen fernere Nachspürung nur noch denen armen Stümpern und ungelehrten Empiricis, welche zu keiner soliden Erudition gekommen/ und ohne gelehrte oder lateinische Bücher gelesen zu haben nicht wissen können/ was in Foro Mathematico die-

tum hoc à recta ratione alienum, prodigalitati imo furori Mathematico proximum traducebant, discipulosque suos & opinionum sequaces voce scriptoque præjudicatis suis opinionibus imbuebant; idque tandem indefesso hoc suo conatu sunt assecuti, ut *Mobilis Perpetui* impossibilitas communi omnium Mathematicorum sententia definita videatur.

Nullus dubito, quin tot inter cordatos viros aliqui reperti fuerint, quibus vulgata hæc per Mathematicorum Scholas opinio præcipiti nimium modo deproperata videretur, sed & ii omnes cùm Auctoritatis præjudicio, tum celebratarum Mathematicarum Demonstrationum ponderi succubuerunt, imò, quotquot solidi quidpiam in Mathematicis Disciplinis præstitisse sibi sunt visi, ii omnes relicta omni ulteriore inquisitione & scrupulo *Perpetuum Mobile purè Mechanicum* concordi animo & voce despuerunt, omnemque ulteriorem ejusdem disquisitionem iis reliquerunt, quos ut solidioris expertes eruditionis propudioso Empiricorum nomine contemnebant: hosce enim, cum eos esse crederent, qui

nec

dieſes Principii halber paſſiret ſey/ einzig und allein/ jedoch mit der groß-günſtigen Permiſſion überlaſſen/ daß ſie unter Faveur des Glücks noch dann und wann ein curieuſes Automatum, oder ein ſo genantes Perpetuum Mobile Phyſicô-Mechanicum zu wege bringen möchten.

Ließ ſich Jemand finden/ welcher dieſer nun gantz unglaublich gewordenen Sache eyferig nachhängen/ und bey einem etwas ſingulairen Temperament ſolcher Mathematiſch außgemacht-ſcheinenden Wahrheit allzufrey widerſtreiten wollen/ denen muſte es zur Gottloſigkeit/ Atheiſterey/ und einer vorhabenden Betrügerey außgeleget; Hoch und Niedrig aber/ oder die gantze Welt für Ihm gewarnet werden.

Allermaſen eine ſolche ewige Wahrheit / quod nihil moveatur à ſe ipſo, antaſten / und eine Machine, welche das Principium Motus perpetui in ſich habe/ und quoad durantem materiam lauffen/ auch andere Laſten mit bewegen müſſe/ machen wollen; oder realiter machen zu können/ ſich rühmen; ſey anders nicht anzuſehen / als ein Prodigium,

nec lecto nec intellecto ſcriptore latino omnino ignorarent, quid in Mathematicorum Scholis ratione *Principii* hujus *motûs perpetui* actum eſſet, ſuo permittebant ſenſui, ut ſub cœco Fortunæ ductu curioſum quodpiam automaton, & ſic dictum: perpetuum mobile Phyſico-Mechanicum ſibi comminiſcerentur.

Quod ſi tamen quispiam id ſecum ſtatuiſſet, ut quocunq; demum labore artefactum hoc, aliis incredibile viſum, perſequeretur, & veritatem, plusquam Delphicam Mathematicis viſam, ſingulari quopiam naturæ genio & ingenio oppugnaret, is enim vero copioſas Antagoniſtarum phalanges unus ſuscipere, nec raro tolerare cogebatur, ut Summis imisq; haud ſecus ac impoſtor graviſſimus depingeretur.

Credebant nimirum ſuo nixi præjudicio, monſtri ſimile, imò in Veritates omnes Mathematicas, utinam non & Deum Ipſum, ſumme injurium eſſe, ſi quis eam veritatem, quod nihil à ſe ipſo moveatur, iret oppugnatum, ne dicam, ſi quis gloriaretur: effectam à ſe Machinam, quæ *Motûs Perpetui Principium* in ſe ipſa contineat, motum ſuum,

quoad

gium, und eben als ob dadurch alle Mathematische Wahrheit / ja GOtt der HERR selbst angegriffen würde.

Solten aber rechtschaffene Moralisten beurtheilen die Passiones, welche eine einmal eingewurtzelte und sich im Gemühte vest gesetzte mit unüberwindlichen Gründen und Beweißthümern gleichsam verschantzte Meynung / bey ihren Liebhabern und Interessirten erwecken könne / wann Sie geneigt sind dieselbe tanquam aras & focos, oder als Leib und Leben zu defendiren / so bekämen Sie keinen guten Namen / und würden eben dieselben seyn / welche unzählige Ketzereyen / Verfolgungen und Unglück / auch denen Besten und Wohlverdientesten zuwege gebracht hat.

Man kan derowegen wohl ermessen / was vor ein prodigieuses **Aufsehen** es allenthalben werde causiret haben; da um das **Zwölfte Jahr dieses lauffenden** und kaum angefangenen *Seculi*, abermal eine prætendirte würckliche **Erfindung** besagten Principii kund und ruchtbar worden; oder daß nun durch Gottes Güte / nach so viel 1000. jährigem **Suchen** / endlich ein **Erfinder** vorhan-

quoad Machinæ materia durârit, perpetuet, oneraque alia unà secum moveat, & quo libitum fuerit, impellat.

Nec dissimilis obtigit sors iis Moralis Scientiæ Doctoribus, qui tenace nimium radice animis hominum infixam & ineluctabilibus firmatam rationibus opinionem, quam tanquam Penates suos tueri firmum erat & fixum, convellere secum forte statuissent; iis enim, licet optime de Ecclesia meritis, nescio quæ cruda nimium cognomina erant subeunda.

Atque hinc quivis sana mente præditus facile conjiciet, quis ubiq; strepitus fuerit, cum Anno fluentis Seculi duodecimo strepera de invento *Motûs Perpetui Principio* fama percrebresceret, jamque Inventor ipse, cui Divina Bonitas dudum proscripti Problematis hujus realem & coram oculis spectandam solutionem benignissime suggesserat, digitis omnium linguisque signaretur.

handen / welcher mehrgedachten Problematis vollkommene Auflösung / und das à Foro Mathematico relegirt- und bannisirte Principium motus perpetui Mechanici, wahrhafftig / das ist: nicht mit blosen Worten und auf dem Papier / sondern re ipsâ in verlangter Krafft und Würckung darstelle und zeige. Ja es ist leicht zu gedencken / was der gute Erfinder / nach obbeschriebenen Passagen / vor sein Theil werde haben erfahren müssen. Er wird das Ansehen gehabt haben / als einer der neue Götter verkündigen wolle; und wird auf Mathematischen Cathedern Ihm nicht besser gewartet worden seyn / als bey jungen Sciolis, welche nachdem Sie ihren Cursum Mathematicum (weñs hoch kom̃t) absolviret / ihn ad amussim zu strigiliren in rigore Mathematico gewust haben. ꝛc. ꝛc.

Insonderheit haben gewisse Leute (welche durch ingenieuse Mechanische Erfindungen und künstliche Arbeit / sich extra-ordinair signalisiret zu haben vermeynet / und nachdem Sie in die universalia Matheseos allein am tiefsten herein gesehen zu haben sich beredet / ja mehr als andere Werckmeister ihr mètier begriffen zu haben geglaubet / dißfalls sowol grosser Herren als auch curieuser gelehrter Augen

retur. Haudquaquam certè aliquid à vero alienum sensurus mihi videor, si dixero: non uno in loco derisum, & à Sciolis nonnullis, quibus intima Matheseos Principia penitus combibita videbantur, liberali sententia proscissum fuisse & proscriptum. Certè quod novorum Deorum bajulis accidere consuevit, ut derideantur & omnium sibilis excipiantur: idipsum cùm in publicis Mathematicorum scholis & subselliis, tum in privatis etiam conventibus inventori tollerandum fuisse, is facile judicabit, qui supra à me enarrata & per orbem sparsa Mathematicorum præjudicia paulo curatius secum perpenderit.

Sane non unus fuit, qui, cum ingeniosis suis Mechanicis inventis & artefactis nomen acquisisse, ipsa Matheseos arcana oculo plusquam Lynceo perspexisse, seq; unum omnium digitis monstrari crederet, ad famam tam inexpectatam totus cohorresceret. Imaginabantur sibi, duplicato se Archi-

auf sich gezogen) gantz und gar auß der Haut fahren wollen. Sie bildeten ihnen ein/ der Geist Archimedis ruhe zweyfältig auf Ihnen/ und wo ja die Erde noch dermaleins auß ihrer Stelle gehoben werden solte; so würde doch niemand anders/ als Sie/ die Machinen dazu machen müssen/ und außcalculiren dürffen. Und dieses Vertrauen/ so Sie zu ihnen selbst hatten/ bewegte Sie zu glauben/ daß woferne das Principium motus perpetui in rerum naturâ wäre/ so würden Sie es nohtwendig schon längst erfunden oder entdecket haben müssen. Sed quia posterius non, ergò nec prius: scilicet.

Demnach aber nun **ich unwürdiger Mann** von dem allein weisen und verborgenen **GOTT** zu einem **Werckzeug** eines so lang gewünschten und gesuchten Geheimnisses insonderheit außerlesen/ und vor jetzo im Namen Gottes entschlossen bin/ eine längst schuldige ja nunmehr nohtwendige **Vorstellung/ Antrag** und **Unterricht**/ dieser so seltsamen Invention wegen/ der werthen Welt zu publiciren/ oder vielmehr zu proponiren; So trage nicht den geringsten Zweifel; Ja ich præsumire vielmehr/ alles was dieserwegen vorge-

medis spiritu imbutos, seque solos eos esse, quibus, si mundi Machina suis esset movenda sedibus, id prodigii genus esset demandandum; quæ ipsa persuasio id etiam efficere videbatur, ut crederent, si *Principium motus Perpetui* naturæ legibus non repugnaret, id ipsum jam pridem à se reperiendum & tot jam lustris suspenso orbi fuisse cõunicandum, Quod cum non licuerit, id impossibile novi Areopagitæ definierunt.

Ubi autem mihi licet indignissimo ea à DEO T.O.M. sors est concessa, ut Arcani tanto jam tempore quæsiti, tot votis exoptati enodatio à me reipsa præstaretur, onus id etiam humeris meis impositum, meque obstrictum credidi, ut *Inventum hoc à me Principium motûs perpetui* Orbi Universo, ea, qua par est, demissione, observantia & humanitate offerrem & proponerem; nullus dubitans, imo omnino persuasus, ea omnia, quæ occasione Principii hujus à me Inventi cùm ab anxie sollicitis dubitatori-

gegangen/ und was ich als Erfinder/ theils mit scrupuleusen Zweiflern/ theils mit erbosten und liebloſen Lästerern etliche Jahr anhero nacheinander zu thun bekommen; sey

I.

Nicht weniger der **Durchläuchtigen** als gelehrten **Welt** nachrichtlich bekandt worden / ohnerachtet ich zwar selbst mit Fleiß nichts formales von meinen Sachen dißfalls publiciret habe / auſſer dem / was ein gemeiner / auß täglicher Autopſie unzehliger Spectatorum entſtandene Ruff / und durch denſelben veranlaſſete privat-Correſpondence bekandt machen können. Wozu dañ noch etwas geholffen die Relationes ordinairer Gazetten / und einige durch impertinente Calumnien abgenöhtigte Defenſiones und particulier-Atteſtata glaubwürdiger und cordater Leute. Ich præſumire auch / daß

II.

Nichtweniger **Hohe** *Potentaten*/ als curieux-gelehrte Leute / meiner bisherigen Retraite halber / die geringſte Urſache haben Ihnen zu imprimiren / oder durch andere imprimiren zu laſſen; Es ſey das vorige èclat einer ſo unglaublichen / denen vi-

ribus, tum ab aliis famæ meæ obtrectatoribus acta ſunt, non minus

I.

Tot Serenisſimis, quam Eruditiſſimis Capitibus quam intime eſſe perſpecta. Utut enim ego ipſe deſtinato conſilio nihil mearum inventionum typo vulgarim, communis tamen Spectatorum fama, & miſſæ ultro citroq; Privatorum epiſtolæ primam pernoſcendo huic Invento meo facem viſæ ſunt accendiſſe. Quod ipſum cùm publicis relationibus, tum extortis à calumniantium calamo ſcriptis apologeticis & authentico non Unius Fide Digniſſimi teſtimonio haud parum credi poteſt eſſe pervulgatum.

II.

Ea menti meæ ſedet opinio, haudquaquam futurum, ut aut Sereniſſima Orbis Capita, aut alii etiam Eruditi ab eo, cui me hactenus involvi, ſilentio in eam Ipſi abeant, aut ab aliis Se induci ſententiam patiantur; atque ea, quæ

vigoureuseſten Mathematiſchen Aſſertionibus widerſtreitenden Erfindung nur Wind / und die Sache ſelbſt nur leeres Stroh / oder ein chimeriquer Conatus geweſen; Sintemalen Nichts zugleich angefangen und auch vollendet ſeyn wird; nachdem alles ſeine von GOTT und andern Umſtänden zugemeſſene Zeit und Raum erfordert. Folglich wird auch

III.

Mir nicht verarget werden / daß ich zu einer im Sinne gehabten / dem Publico höchſt-angelegenen Publication oder **Vorſtellung** offtbemeldten Inventi, Hecatombe digni, mir nohtdürfftige Zeit genommen; und mich dazu gebührend præpariret / auf mancherley **Verbeſſerungen** und ſpecial-Applicationes gedacht habe / alſo das Werck durch viel Proben gehen und zu ſeiner Maturitæt kommen laſſen. Es wird auch

IV.

Mein jetzo conteſtirtes gute / ja reſpectivè unterthänigſtes **Vertrauen** / um ſo viel rechtmäſiger zu achten ſeyn / als gröſſere Notorietè vorhanden des ſchlimmen Tractaments, ſo mir über dieſer von undencklicher Zeit her hochgeſchätzten **Er-**

de meo hoc, plurimorum fidem excedente, imo inolitas Mathematicorum Demonſtrationes ſubvertente, invento percrebuerunt, in fumum abiiſſent. Cum enim nihil ſit, quod ſub ipſam ſui nativitatem numeris omnibus ſit abſolutum, ſed, univerſa deſtinatum ſibi à Deo aliisque circumſtantiis momentum ut præſtolentur, ſit neceſſe:

III.

Nemo iniquus adeo judex in me fuerit, ut ideo criminis me accerſat, quod Invento huic meo, Hecatombe digno, ut deſignaram, publicando moram omnino neceſſariam impenderim, & vigilatâ non unâ nocte in varias inventi hujus emendandi & ad uſus ſpeciales, toti orbi longe utiliſſimos, applicandi vias ipſe indagarim, variisq; probatum experimentis & ad juſtam perductum maturitatem inventum hocce meum orbi proponere conſtituerim.

IV.

Qui meus agendi modus tanto facilius ab omni etiam tenuiſſima ſuſpicionis umbra abſolvetur, quanto liquidius univerſis conſtat, quæ in ipſa Patria mea dilectiſſima, *Saxonia*, toleranda mihi fuerint, ut primum crepera inventi hujus mei

tot

Erfindung in Sachsen/ als meinem **Vatter-Lande** begegnet und zugestossen; So daß ich dadurch beydes an geziemender und schuldigster Notification, Publication und Promotion des Inventi, unverantwortlich abgehalten werden müssen. Sintemal es nicht genug gewesen/ daß calomnieuse Imputationes meine Circulos turbirten; sondern inhumane Zöllner musten auch solche/ in der Gebuhrt gleichsam noch arbeitende Erfindungen unter ihre Censur und Contribution ziehen wollen. Eben als ob Scientiæ & Artes liberales, nebst dem instinctu, Naturæ & Mathematum abdita scrutandi, ein Handwerck; und zur Ehre Gottes/ dem Dienst der gantzen Welt / und zur Vermehrung trefflicher Wissenschafften/ nie erhörte Experimenta und Effectus an den Tag zu legen/ ein Material wäre/ welches im Accise- Zoll- oder Steur-Register (wieviel davon müsse abgeführet werden) schon vor längst auf und angeschrieben gestanden/ ja **ein hoher Landes-Vatter**/ (der doch nichts hierum gewust) befohlen hätte/ des armen Orffyrei Kunst/ Gesundheit und Vermögen nach der Dauer zu kärckern.

tot jam seculis desideratissimi fama percrebuit. Haudquaquam enim (quo ipso inventi mei publicatio haud parum suspensa fuit) quibusdam satis erat, falsis delationibus circulos meos turbare; inventa etiam mea, quæ vix dum parturieram, publicanorum censuræ & exactionibus fuere subjicienda. Omnino, quasi scientiæ artesq; liberales, & laudatissimus naturæ & mathematum abdita scrutandi instinctus opificiis annumerarentur, & Gloriæ Magni Dei, Orbis Universi commodis & Scientiarum amplificationi destinata enodatio tot experimentorum & effectuum, Patrum Nostrorum memoria frustra quæsitorum, ad ea pertineret, quæ tributis vectigalibusque dudum subjecta fuere; imo atque si Serenissimus Patriæ meæ Pater, Quem tamen totum id negotium latebat, jussisset, Orffyrei artem, sanitatem & opes exhaurire.

Was demnach einem denen Hunden zu Theil gewordenen Heiligthum: und was denen vor die Säue geworffenen Perlen begegnet; das widerfuhr auch meinem Wercke! sintemal ich solchen indignen Tractaments, und unverschmertzlichen Torts halber gemüssiget war / es zu zerschlagen und GOtt zu bitten / daß er mich nach seiner unendlichen Güte an einen andern Orth bringen wolle / allwo sothanes Inventum als ein Geschenck des Himmels / welches die Göttliche Weißheit / der Welt nur gleichsam in ihrem hohen Alter / oder zu sagen noch kurtz vor ihrem Ende habe gönnen und mittheilen wollen / auf- und in hohe Beschirmung genommen werden möge.

Nun mein Wunsch wurde auch bald darauf erfüllet: Sintemal / wie alle honnète Welt / über solch inhuman- illiberal- und mal-honètes Tractament ihre gerechte Indignation zu erkennen gegeben; So hat solches der höchste GOTT vornemlich gethan / indem Er bey **Dem Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn** CAROLO, **Landgraffen zu Hessen / Fürsten zu Hersfeld / Grafen zu Catzenelnbo-**

Ob quæ gravissima inventi mei fata, & non leves ipsius Personæ meæ persecutiones coactus fui Machinam à me elaboratam comminuere, Deumque rogare, ut pro inexhausta Miserationum suarum abysso aliam eamque tranquilliorem mihi sedem indulgeret, ubi inventum hoc meum, ut haud leve Dei munus, quod Ejusdem Sapientia mundo in occasum jam inclinato clementissime concesserat, acciperetur, & præpotenti tutela gauderet.

Nec vana fuere vota hæc mea; sed quemadmodum non pauci ea, quæ defendenda susceperam, invito acceperant animo, ita Propitium Numen precibus meis quam Benignissime subscripsit; Hujus enim plusquam Paterna Providentia factum est, ut nihil minus cogitans solatium opemque reperirem, & à *Serenissimo Clementissimoque Principe ac Domino, Domino CAROLO, Hassiæ Landgravio, Prin-*

bogen/ Dietz/ Ziegenhayn/ Nidda und Schaumburg/ ꝛc. ꝛc. Meinem gnädigsten Fürsten und Herren/ ꝛc. zu meinem damaligen Troste und Hülffe/ mich gleichsam in instanti solche gnädige Admission, Beruf und Schutz/ ohne alle mein Vermuhten/ oder vorhergehendes Begehren und Ansuchen/ finden lassen/ daß nicht nur allein ich/ sondern dermaleins mit mir/ oder wie ich (wenn anders mein Wunsch/ Mühe und Vorhaben hiesiges Orthes frey und ungebunden bleibet) die gantze vertueuse Welt/ und alle gelehrte Posteritè, es hoch rühmen/ und mit gebürendem Dancke erkennen wird.

Solchem nach hat es denn unerforschlichen Rahtschlusse des Allerhöchsten nun gefallen/ daß dieses so lang gesuchten Principii erster Erfinder/ zwar in Sächsischen Landen solte gebohren seyn/ auch daß Er dort (nachdem Er ausserhalb und in der Frembde/ durch eyfferiges Bemühen und Suchen/ mancherley Wissenschafft/ Kunst und Experience Ihm eingesamlet/ und mit sich so zu sagen nach Hause gebracht;) gleich einer ohnansehnlichen/ jedoch die süsseste Frucht gebender/

Principe Hersfeldiæ, Comite Cattimeliboci, Deciæ, Ziegenhaynæ, Niddæ & Schaumburgi, &c.&c. *Principe ac Domino meo Clementissimo* evocarer, ad Alloquium Principale admitterer, & Præpotenti Præsidio donarer. Quam plusquam Principalem Gratiam non ego solum, sed & quotquot sunt cordati in Orbe Viri, imo tota Posteritas, ubi vota mea, labor & institutum sufflaminata non fuerint, celebrabunt, & debita cum gratiarum actione publice dilaudabunt.

Placuit nimirum Sapientissimæ Dei T.O.M. Providentiæ, ut hujus tanto jam tempore, tanta cura & sollicitudine indagati Principii primus Inventor in Saxonia quidem nasceretur, &, posteaquam sedulæ instar apis varias terras perlustrâsset, indefessoq; labore non levem scientiam experientiamque sibi comparatam ad Patrios secum Lares reportasset, inibi etiam prima Inventi Sui, Orbi Universo utilissimi, Eruditisque Omnibus & Artificibus Perspicacioribus desideratissimi, stamina

der Bienen / seines der Welt so nützlich- als denen Gelehrten und Künstlern lieblichen Gewürckes / unvermuhteter Erfindung / erste Stamina, machen / und primitias effectuum öffentlich realisiren solte. Zum Zeugniß / daß besagtes Land bisher ein fruchtbares Gefilde oder gesegneter Pflantz-Garten des HERREN gewesen / sowol zur Erzeugung trefflicher Ingeniorum, als mancher Wissenschafft / Kunst und Geschicklichkeit selbst.

Aber es gieng der Zweck seiner heiligen Regierung zugleich dahin / daß nicht dem **Sachsen-** sondern dem **Hessen-Lande** / und **seinem Theuersten** CAROLO, die Welt den Genuß und Perception dieser hinfort infinite applicablen / und noch ohnaußsprechlich nutzbar werdenden **Erfindung** / vielleicht schuldig seyn / und zu dancken haben solle. Und zwar zu einem gleichmäßigen Zeugniß / daß eines herrschenden Undancks halber / GOtt seinen Segen und Geschencke gantzen Ländern wol entziehen / und dahin / wo sie höher geachtet / und gebürend aufgenommen werden / verwenden könne / besage ohnzehliger Exempel.

Wer weiß nicht / quod honor alat

mina contexeret, effectuum primitias publicæ luci reipsa committeret, eoque ipso comprobaret, Saxoniam agrum esse fertilissimum, in quo non ingenia præstantissima solum, sed artes etiam & scientiæ copiosissimè progerminarent.

At placuit etiam eidem Divinæ Sapientiæ, ut Mundus Universus Non Saxoniæ, sed Hasiæ ejusdemque *Serenissimo Celebratissimoque Principi ac Domino CAROLO* usum utilitatemque Inventi hujus, ad innumeros adhuc effectus applicandi, in acceptis referre haud dubie cogeretur; hocque novo doceretur experimento, quod tot jam aliorum exempla comprobarunt, Deum T. O. M. non raro ingratis sua subtrahere beneficia, eisque elargiri, à quibus major eorum æstimatio & nata inde demissa gratitudo potest exspectari.

In aprico apud omnes positum

est,

lat artes, und daß Gelehrsamkeit und Kunst bald dünne und rar wird/ wo sie deshonnorirt zu werden anfängt. Innasen habile Leute ihr Fortun gar bald weiter zu finden wissen.

Meine eigene Erfahrung kan dieses alles bekräfftigen! indem bey oberzehlten mir zugestossenen widrigen Begegnissen / **höchst-gedachter Durchlauchtigster** mein gnädigster **Fürst** und **Herr** / mich in solchen Afflictionibus nicht nur gnädigst zu Sich verlanget / mir allen Schutz / Freyheit / Hülffe und Förderung meines Wunsches gnädigst verheissen; mir ein sicheres und beständiges Domicilium **in Dero Fürstl. Lust-Schlosse Weissenstein** / nahe bey Cassel liegend / einräumen lassen; mich caracterisiren und unter die Zahl **Seiner** betrauten Diener setzen wollen; sonderu/ und was das vornehmste; So haben höchst-gedachte **Ihro Hoch-Fürstl. Durchl.** alsofort eine Preißwürdigste Vorsorge bezeiget / und nachdem Sie Sich meiner Geheimnissen halber in hinlängliche Zufrie-

den-

est, quod honor artium sit nutritius, & inibi eruditio & ars eccli-psin patiantur, ubi nulla honoris luce illustrantur; certe, ut quotidiana docet experientia, quotquot penitius artibus animum excoluerunt, noverunt etiam offusas sibi tenebras declinare & benignum alibi sidus reperire.

Quod ipsum & mihi nil minus forte tum cogitanti obtigit, dum Serenissimus & Clementissimus Princeps ac Dominus meus me cum tot adversis luctantem ad se Clementissime evocari jussit, omne mihi Principale Præsidium & auxilium, omnem libertatem & votorum meorum promotionem Clementissime addixit, securum & stabile domicilium in Principali arce Weissensteiniana haud procul Cassellis mihi adornari,& in numerum Ministrorum Suorum me cooptari Clementissime voluit. Vix in Hassiam appuleram, cum Principalis vere,omni cum submissione mihi nominandi, Serenissimi Principis cura ubique emicuit, postquam enim inventi mei conscius à me factus est Princeps Serenissimus; omnia mihi necessaria sunt Clementissime suppeditata, ut de-

stru-

denheit gesetzet befanden / allen nöhtigen **Vorschub** zu Wiederherstellung meines oberzehlten destruirten **Wercks** in hohen Gnaden offeriret. Sintemal es diesem **Theuren Förderer** / löblicher Wissenschafft und Künste / nicht genug seyn konte / meine Wenigkeit mit vieler Fürstl. Milde beneficirt zu haben / ohne zugleich desjenigen Inventi, um deßwillen ich eben in meinem **Vatterlande** so vielen chagrinanten Zufällen unterwürffig werden müssen / mächtigster Restaurator vergnügt geworden zu seyn.

Weßwegen ich in unterthänigster Observantz / **Dero gnädigsten Verlangens** / mich schuldigst dahin bearbeitet / in möglichster Eyl / wiederum ein Exemplar sothanen *Perpetui Mobilis* purè artificialis, von neuem verfertiget / und wieder dargestellet zu haben. Ich ordnete alles zusammen / nach denen Beschaffenheiten des vorigen / welches ich zerbrochen hatte; außgenommen einer kleinen Veränderung derer äusserlichen Dimensionen des Tympani oder so genanten lauffenden Rades / in soweit sie per se zufällige / und ad formam rei nicht gehörende Dinge sind. Dañ wañ man einen um seine

structam olim Machinam hic loci denuo adornarem & motui suo restituerem. Nimirum Sereniſſimo huic artium omnium & scientiarum Mœcenati haudquaquam satis erat, me copiosis Principalis Clementiæ argumentis tantum non obruisse: nisi id etiam efficeret, ut inventi mei, quod tot mihi in Patria adversitatum origo fuerat, Potentissimus & Glorioſisſimus Restaurator Seros inter Nepotes jure prædicaretur.

Ego tot Gratiis & Clementiſſimis Favoribus tantum non obrutus, ut juſtiſſimæ Tanti Principis voluntati, qua par est demiſſione, obsequerer, in id totus incubui, ut, qua possem, celeritate novum exemplar dicti mei Perpetui Mobilis pure Mechanici restituerem. Omnia ad rationem ruptæ à me Machinæ dispoſui, nisi quod exteriorem Tympani aut, si sic liceat appellare, rotæ currentis dimensionem, in quantum ea ad ipsam Machinæ substantiam haud pertinebat, paululum immutarim. Dixi, si sic liceat appellare: rotæ currentis. Hac enim appellatione tum etiam poterit

ne horizontaliter veſt geſtellte Axin, nach Arth eines Schleiffſteins umlauffenden Discum oder niedrigen Cylindrum ein Rad nennen wil/ ſo kan das Haubtſtück meiner Machine auch ſo heiſſen; und demnach beſtehet dieſes Rad auß einem äuſſerlich mit gewärter Leinwand überzogenen Tympano oder Tambour, deſſen Baſis Cylindrica im Diameter 12. Fuß Reinländiſch/ die Höhe/ Dicke oder Profil aber/ in 15. bis 18. Zoll hält. Die mitten durchgehende Axe oder Welle iſt 6. Fuß lang/ und 8. Zoll im Durchſchnitt dicke. Sie ruhet in ihrer Bewegung auf zweyen faſt 1. Zoll dicken/ am Orth etwas zugeſpitzten ſtählern Zapffen Waag-recht in denen zweyen Pfañen oder Zapfen-Lagern/ mit zweyen Courven verſehen/ um an ſelbigen den Motum rotatorium des gantzen alſo verticaliter ſuspendirten Rades/ durch beyderſeits zu applicirende Pendula etwa modificiren zu können/ wie beygefügte Figuren zu Ende dieſes Tractats deutlich zeigen.

Die innerliche Structur dieſes Tympani oder Rades iſt von ſo einer Beſchaffenheit/ nach welcher etliche ad leges motus mechanici perpetui, à priori, id eſt, ſcientificè demonterit inſigniri, ſi rotam dicere liceat discum aut cylindrum, qui ad modum cotis rotariæ circa Axem ſuum, horizontaliter erectum, gyratur. Quibus ita poſitis Machina ſeu rota hæc mea conſtat Tympano, Linteo cerato veſtito, cujus Baſis Cylindrica in Diametro duodecim pedes rhenanos continet, altitudo vero & latitudo 15. ad 18. pollicum menſuram complectitur. Axis ſeu trochlea, ſex pedes longa, octo pollices Diametro ſuo non excedit, & in motu ſuo duobus chalybeis anconibus, in utraq; extremitate acuminatis, pollicem unum craſſis, innititur, qui ſuis innixi Cheloniis duobus erismatibus muniti ſunt, ut applicitis utrimq; Pendulis motus rotatorius totius Machinæ verticaliter ſuspenſæ dirigi poſſit & ordinari, ut ad finem operis adjecta ſchemata oſtendunt.

Interior Tympani aut Rotæ Structura ita coaptata eſt, ut pondera, ad leges motus Mechanici Perpetui à priori ſeu ſcientifice demonſtrabilis diſpoſita, accepto ſemel im-

 pulſu

monſtrabilis, disponirte Gewichte/ daſſelbe nach empfangener einmaliger rotation, oder nach einmal imprimirter Force des Schwunges/ ohnaufhörlich treiben/ und ſeine Umwaltzung continuiren müſſen / ſo lange nemlich die gantze Structur ihr eſſe behält / ohne einige fernere Beyhülffe und Zuthun äuſſerlicher Bewegungs-Kräffte / welche einer Reſtitution nöhtig hätten: dergleichen bey andern Automatis, als Uhrwercken / Federn und angehängte oder aufzuziehende Gewichte etwa gefunden werden. Dañ dieſe meine Uberwicht iſt nicht alſo angehängt / noch extra Mechanismum, oder nur zu conſideriren/ wie äuſſerliche Moventia, die da vermittelſt ihrer Schweere / den Motum oder Umwaltzung continuiren müſſen/ ſo lange es die Schnuren oder Ketten / woran ſie hängen/ permittiren: ſondern es ſind dieſe Gewichte ſelbſt das *Perpetuum Mobile*, oder *partes eſſentiales & conſtitutivæ* deſſelben/ welche ihre vom Motu univerſi bekommene vim & niſum progrediendi in ihnen ſelbſt haben und unendlich exerciren müſſen (ſo lange ſie nemlich auſſer dem Centro gravium bleiben) nachdem ſie in ein ſolches Gehäuſe oder

pulſu & gyratione rotam ſine ceſſatione impellant, motumque perpetuum efficiant, quoad nimirum ipſa Structura ſitum ſuum ordinemque non amittit; idque ſine omni ulteriore auxilio & absque addito alio motûs principio, quod renovari poſtulet. Qualia in omnibus automatis,ut horologiis reperiuntur, lamellæ nimirum aut fibulæ ceſſiles ac reſilientes, aut pondera etiam appenſa, quæ devoluta retrahi neceſſe eſt. Hæc mea machina, cui nullum motus principium exterius appenſum eſt, non eſt conſideranda extra ſuum mechanismum, ut illa moventia, quæ vi ponderis tamdiu motum continuant, quamdiu funes aut catenæ ad motum eam impellunt,ſed ipſum motus principium eſt perpetuum etiam mobile, aut ſaltem pars eſſentialis & intrinſece conſtitutiva ejusdem, quod vim & progrediendi niſum à motu univerſi acceptum ſine termino (quoad nimirum extra centrum gravium remanet) in ſe ipſo habet & exercet, poſtquam ejusmodi Machinæ incluſum & mutuo ita ordinatum eſt, ut nunquam æquilibrium ſeu punctum quietis attingat, ſed idipſum

per-

oder Gerüste eingeschlossen / und gegen einander coordiniret worden / daß sie nicht nur vor sich nimmermehr ein Æquilibrium oder Punctum quietis erreichen / sondern dasselbe ohnaufhörlich suchen / und anbey in ihrer Bewunderns-würdigen schnellen Flucht / nach Proportion sowol eigener als ihres Gehäuses Grösse / noch andere von aussen an die Welle oder Axin ihres Vorticis Verticalis applicirte Lasten / mit bewegen und treiben müssen.

Daß aber mehr-besagtes Kunst-Rad nicht nur den Namen des so lang gesuchten Perpetui Mobilis, sondern über dieses auch taliter Moventis verdiene / und eine derer bekantesten Potentiarum Mechanicarum, nemlich ein wahrhafftes *Peritrochium* sey; ist ohnwidersprechlich wahr: Sintemal ich

1. Eine an dessen Axin gebundene Schnur oder Strick über eine und andere Rolle durch des Zimmers Fenster hinauß geleitet / und vermittelst selbiger einen mit Steinen gefülleten Kasten (am Gewichte præter propter ein Centner schweer) ausserhalb / so weit es die Höhe des Hauses gelitten / aufgezogen.

perpetuo inquirat, simulq; admiranda rapiditate juxta proportionem & suæ & Machinæ, cui inclusum est, Magnitudinis alia simul pondera, exterius Axi Vorticis verticalis applicata, secum rapere & movere debeat.

Quod verò sæpe dicta Rota non tantum nomen Perpetui Mobilis, sed etiam alia perpetuo moventis, mereatur, & ad notissimas potentias Mechanicas, ut verissimum peritrochium, pertineat, nemo sanus negabit, namq; ego ipse

1. Funem rotæ dictæ Axi alligavi, eumque auxiliante uno alteroque rechamo per conclavis fenestram extra arcis muros deduxi, impellenteque rota mea cistam lapidibus plenam, centum libras fere ponderantem, eo usque in altum elevavi, quoad arcis altitudo permitteret.

2. Ha-

2. Ei-

2. Habe einige Stampfen von hartem Holtze in Figura Prismatum Solidorum, deren Basium Quadratarum Latus 5. Zoll / die Länge oder Höhe 7. Fuß hat / applicirete / welche durch die in der Axi befindliche Armen / vermittelst gewisser hebe-Latten / wie es in Oel-Walck- oder Papier-Mühlen etwa geschiehet / getrieben und gehoben werden.

3. Habe eine in einem Reservoir oder grossen Kasten stehende Wasser-Schnecke von convenanter Grösse ebenmässig durch die Axin besagten propria virtute Gyrantis Peritrochii nach Belieben treiben und mit Wasser spielen lassen.

Und solchergestalt habe ich durch diese drey / ex infinitate applicabilitatis herauß genommene; special-Proben / ad oculum demonstriret / beydes / daß dieses Kunst-Rad ein selbst gehendes oder umlauffendes Systema von etlichen schweeren und so lange sie sind / oder so lange das Universum bestehet / auch schweer bleibenden Cörpern sey; als auch noch über dieses ad instar Creaturæ viventis arbeiten und mächtige Dienste thun könne. So

2. Eidem rotæ meæ applicui aliquot pila ex solido ligno in figuram Prismatum solidorum confecta, quorum Basium Quadratarum latus quinque pollices, altitudo septem pedes continet; quæ ipsa, ut in moletrina, mola olearia aliisq; fieri amat, ope exiguorum vectium levantur & agitantur.

3. In magna arca tympanum aquæ haustorium proportionatæ magnitudinis per axem ejusdem propria virtute se moventis peritrochii gyravi, & aquam extra arcam expuli.

Itaque tribus hisce mei in infinitum applicabilis inventi experimentis affatim demonstravi, quod *tympanum hoc meum & rota artificialis Perpetuum Mobile sit & se ipsum ex insitis sibi ponderibus moveat, & hac ratione perpetuo creaturæ viventis instar laborare & publico possit inservire.*

Vix

So bald ich nun wieder so weit gekommen/ und schon vielen curieusen æstimatoribus differenter Condition und Würden / obbemeldten Effect, dieses auf gnädigsten Befehl wieder angerichteten Mobilis oder vielmehr Moventis an denen dazu adjustirten Lasten gezeiget und sehen lassen. **So haben Ihro Hoch-Fürstl. Durchl. selbst in eigener hohen Person solches zu** collustriren **Ihnen das hohe** plaisir **gegeben**; und über das also aperte realisirte Principium motus Mechanici Perpetui, omni numero absolutum, ein dermassen gnädigstes Contentement bezeuget/ daß Sie nebst hoch-erleuchtetem Approfondissement, der künfftig vor die gantze Welt daher zu gewartender Utilitæt vermöge unendlich variabler Application, in Ansehen des Torts, so dieser Erfindung und ihrem Erfinder durch frivole und malveillante Kunst-Schänder zugestossen / **Ihre hohe und gerechte** Indignation zu erkennen gegeben/ um so vielmehr als durch die vorbeschriebene daher veranlassete Destruction, beydes dem Publico und der gelehrten Welt ein handgreifliches Periculum deperditionis zugezogen worden.

Wan-

Vix autem, Clementissime sic imperante Serenissimo CAROLO, eo perfectionis Machina mea pervenerat, ut à compluribus diversorum Statuum Spectatoribus & curiosis rerum novarum æstimatoribus lustrari & in eorum oculis supra dictos effectus efficere posset, cum Serenitati Suæ Clementissime placuit ad arcem hanc Se conferre, & perfectam à me Machinam effectusq; Serenissimis coram Oculis perlustrare. Et vero Princeps Serenissimus Sapientissimusq; vix effectum à me viderat diu quæsitum Principium motus Mechanici perpetui, & omni numero absolutum, cum invento huic meo adeo Clementissime acquievit, ut & Machinæ hujus meæ, ad innumeros effectus applicandæ, utilitatem dilaudaret & injuriis mihi à malevolis quibusdam inventi mei osoribus illatis haud leviter succenseret, quod ipsum egit tanto gravius, quo clarius Serenissimus hic scientiarum & artium Mœcenas conspiciebat, quantum damni orbi universo illatum fuisset, si Machina hæc, quod unicum male mihi volentium fuerat votum, destructa æternum permansisset.

Ad-

Wannenhero höchst-gedachte Ihro Hoch-Fürstl. Durchl. sofort gnädigst ordonniret haben/ daß zur Legitimation des obbeschriebenen Effectus, nachdem man ihm keine durée eines Monahts zu gestehen; mich aber mit grosser Bravade zu einer Wette von 1000. Rthl. (um das Arcanum mit desto besserer Manier mir extorquiren; oder wenigstens desselben Werth und mein rechtmäsiges Meritum, supprimiren zu können) auffodern und nöhtigen wollen: das Zimmer/in welchem das Werck stehet / nach inwendig wohl vermachten Fenstern / und in den Lauff gebrachte Machine, außwendig mit doppelten Thüren verschlossen/ versiegelt und bewahret werden solle: um zu sehen / ob die Experience (nachdem keine Raison vorhanden/ cur non,) nicht werde den Außschlag geben/ und die Frechheit solcher Zweifler (welche sich kein Bedencken gemacht/ den innocenten Erfinder mit ungebürlichen Beschuldigungen/ von bösem Betrug/ Unverstand und Heucheley anzuschwärtzen) übermeistern und niederlegen können. Welches alles auch mit solcher Circomspection, in Ihrer Hoch-Fürstl. Durchl. selbst eigener ho-

Adhæc, cum nonnulli Machinæ huic meæ ne motum quidem integro mense duraturum concederent, imo, vel quovis modo arcanum meum exploraturi, vel pretium illius quacunq; ratione iminuturi, mille imperialium sponsione sese mecum certaturos voce & scriptis pronunciarent, Idem Serenissimus Princeps & Dominus meus Clementissimus quam gratiosissime mandavit, ut conclave, in quo Machina erecta est, Eadem prius motâ, & fenestris interius arctissimè conclusis, duplici janua occluderetur, impresso sigillo & appositis vigiliis quam sollicite custodiretur, & hac via exploraretur, annon ipsa Experientia perpetuo Machinæ meæ motui subscriberet, & dubia & Machinationes eorum, qui falsis suspicionibus imputationibusque innocentis Inventoris famam fraudis ignorantiæ & hypocrisis insimulare non erubuerant, ab ipsa experientia profligarentur. Et hæc omnia, eò quo Serenissimus Princeps noster mandaverat, modo effecta, & coram Serenitate Sua executioni sunt mandata, elapsis duobus mensibus & inconcusso immutatoque adhuc permanente Machinæ meæ motu,

cum

hoher Gegenwart ordonnirt, und vorgeschriebener Masen exequiret wurde: Und zwar mit so gutem Succes und erwünschtem Ausschlage/ daß nach Befindung eines zweymonahtlichen beständigen Lauffs/ und unverändert-vielweniger außgebliebener Würckung und Krafft/ es **höchst-gedachter Ihrer Hoch-Fürstl. Durchl.** (ohngeachtet ichs noch länger lauffen zu lassen erbötig war) zur Widerlegung aller Feindlichen Beschuldigungen und Provocationen/ mehr als suffisant und decisiv erkläret/ und zu diesem Ende sich durch längern Lauff noch mehr vergeblich abzunutzen/ vor ohnnöhtig geachtet; dagegen aber zu gäntzlicher Profligation aller bisherigen wider mich und diese meine Erfindung geschmiedete Beschuldigungen und Zweiffel/ der Wahrheit zu Steur/ nachfolgendes Hoch-Fürstl. ATTESTAT und respectivè Schutz-Brief unter **eigenhändiger** hohen Unterschrifft und Siegel gnädigst ertheilen lassen.

cum ego rogarem Serenissimum & Clementissimum CAROLUM, ut ulterius Machinam moveri vellet & juberet, Ipse tamen Princeps Serenissimus hoc ipsum, quod Machina subierat, periculum ad confutandas adversariorum calumnias & provocationes sufficientissimum esse pronunciavit, simulque Machinæ materiam ulteriori celerrimoque motu frustra atteri prohibuit. Potius, ut omnes, quæ in me hactenus desævierant, calumnias & dubia una eademque opera profligaret, & ipsi veritati Principalem Eumque Irrefragabilem Calculum adjiceret, id, quod subjicio, Principale Testimonium Literasque Patentes Serenissimæ Manus Subscriptione & Appenso Principali Sigillo confirmatas Clementissime mihi est elargitus.

Von Gottes Gnaden, Wir CARL Landgraf zu Hessen/ Fürst zu Herßfeld/ Graf zu Catzenelnbogen/ Dietz/ Ziegenhayn / Nidda und Schaumburg/ ꝛc.

Urkunden hiermit und bekennen; Nachdem Uns Unser Comercien-Raht und lieber Getreuer Dr. Joh. Ernst Elias Orffyreus unterthänigst zu erkennen gegeben/ was Massen auf Unserm Schlosse zu Weissenstein/ Er von seinem vor etlichen Jahren/ als Anno 1712. erstlich zu Gera im Voigt-Lande inventirten und verfertigten/ nachgehends aber 1713. 1714. und 1715. zu Draschwitz und Merseburg in Sachsen öffentlich dargestellten Perpetuum Mobile nunmehro eine neue Machine verfertiget/ und auf Unsere hierzu ertheilte Concession, solche in einem Zimmer ge-

Nos DEI Gratia CAROLUS Hassiæ Landgravius, Princeps Hersfeldiæ, Comes Cattimeliboci, Deciæ, Ziegenhaynæ, Niddæ & Schaumburgi, &c.

NOtum hisce facimus & testamur, postquam Fidelis Noster & Dilectus Dr. Joan. Ernestus Elias Orffyreus. Consiliarius Noster Comerciorum demisse Nobis significavit, quod in Arce Nostra Weissensteiniana novã Perpetui Mobilis, aliquot abhinc annis à se primum, idque año 1712. Geræ, in Voigtlandia inventi & perfecti, deinde annis 1713. 1714. & 1715. Draschwitzii & Martisburgi in Saxonia omnium oculis expositi, Machinam absolverit, eamq; quod Clementissime concesseramus, in quodam dictæ Arcis Nostræ conclavi erexerit; ad-

gedachten Schlosses aufgesetzet/ anbey aber gehorsamst angezeiget/ welcher gestalt hier und dar an der Realitæt dieses seines Inventi gezweiffelt / und daß es das wahre Perpetuum Mobile, nemlich eine solche Machine, (welche/ wenn sie einmal in der Bewegung sich befindet / auß ihrer eigenen innerlichen Bewegungs-Kraft/ sonder einiges Uhrwerck / oder aufzuziehende Gewichte und Federn/ in einem immerwärenden Laufe / so lange als selbige in ihrer Integritæt bestehet/ ohne unterbrochen verharret/) nicht wäre; Mit vielen zu seiner/ und des Inventi Discreditirung gereichenden Umständen/ durch offenbahrliche Schrifften weit und breit außgesprenget / auch so gar derselbe unter gewissen Bedingungen zu einigen Wetten (daß dergleichen Machine sich vier Wochen lang in continuirlichem Motu nicht erhalten könne) aufgefordert worden.

adhæc etiam eâ, quâ par est, demissione nobis exposuit, quâ ratione non uno in loco de ipsa inventi sui essentia & veritate non pauci dubitarint, varia scripta, cum ipsius Inventoris tum Inventæ etiam Machinæ fidem elevantia, per orbem sparserint, omnibusque persuadere voluerint, inventam hanc Machinam verum illud & diu quæsitum *Mobile Perpetuum* non esse, ut quæ semel mota ex intrinsecis motûs principiis in motu non perseveret, sed horologii instar, ponderum aut laminarum fissilium ac resilientium ope, motum suum, quoad ipsa materia duraret, continuet; Intelleximus etiam nonnullos Inventorem ad summæ non levis sponsionem ausos fuisse provocare, utpote omnino persuasos Machinam hanc motum suum integro mense haudquaquam continuaturam.

Auß welchen Ursachen dann/ Uns vorbenanter Unser Commercien-Raht / als Inventor des Wercks/ unterthänigst angelanget / Wir möchten geruhen / sothanes sein Perpetuum Mobile nicht nur in hohen Augenschein zu nehmen / sondern auch dasselbige / wann es im Lauff und Bewegung seyn würde / allenthalben sorgfältig verwahren/ und alle Zugänge/ wodurch man zu demselbigen gelangen / oder etwas thun und verrichten könne / zu Abwendung aller fernern dargegen zu formirenden Außflüchte oder Zweifels / wohl verpittschiren und versiegeln / annebst auch mit Wache versehen zu lassen; So dann solches nach Verlauff einer gesetzten hinlänglichen Zeit anderweit zu observiren / und hierauf dem Befinden nach zu seiner benöhtigten Justification und Abwendung ohngegründeter

Quibus de causis supra dictus Noster Consiliarius & Operis ejus Inventor summissè Nobis supplicavit, ut Clementissimè in animum nostrum induceremus, non modo Nostris Oculis memoratum *Mobile Perpetuum* perlustrare, sed & mandaremus, ut, postquam Machina hæc motui suo fuisset commissa, ea ipsa sollicitè custodiretur, & omnes aditus, quibus ad eam perveniri aut quovis modo pertingi posset, appositis sigillis, &, ad præcludenda quævis effugia aut dubia, adjectis etiam excubiis munirentur: deinde elapso sufficiente definitoque tempore omnia denuo coram perlustrare, & prout reperta à nobis Machinæ merita postularent, Principali Nostro Testimonio & Præsidio cum Inventorem ipsum munire, tum Opus ipsum adversus malevolorum calumnias defendere,

Nobis

deter Auflagen mit einem Fürstl. Attestato uñ respective Schutz-Brieffe Ihn zu begnadigen.

Als haben Wir auß Liebe zur Wahrheit/ gnädigst gewillfähret/ und um hinter die Richtigkeit dieses so wichtigen Wercks zu kommen / es an nichts ermangeln lassen wollen.

Urkunden und bezeugen demnach bey Fürstl. wahren Worten/ wie es an deme / und Wir vielgedachtes Orffyreische Perpetuum Mobile dergestalt befunden; daß dasselbige weder von einer äusserlichen Gewalt und Hülffe / noch vielweniger aber von etwan einigen innerlichen aufzuziehenden Uhr-Feder- oder Räder-Werck beschuldigten Falls dependire / vielmehr/ vermöge fast unzehliger gelehrter Vorschrifften / (wie nemlich ein zu erfinden glaubendes Mob. Perpet.

Nobis quam Clementissime placeret:

Quibus ejus precibus, veritatis amore Inclinati, Clementissime annuimus, & ad veritatem tanti tamque gravis artefacti certissime reperiendam nulla in re debitæ curæ & sollicitudini defuimus.

Testamur proinde & Verbo Nostro Principali, ut debemus, verisimè confirmamus, quod sæpe nominatum *Perpetuum Mobile Orffyreanum* ita constitutum invenerimus, ut illud neque ab externa aliqua vi aut ope, minus autem ab internis quibusdam Machinis, seu horologiariæ eæ dicantur seu rotariæ, aliquo modo dependeat; Reperimus potius, quod Artefactum hoc juxta innumerorum Eruditorum sensum) quâ nimirum ratione reperiendum olim *Mobile Perpetuum* constitutum

pet. beſchaffen ſeyn ſolle und müſte) allerdings dieſe lange geſuchte und gewünſchte Machine, oder ſo genante Perpetuum Mobile, pure artificiale quoad durantem materiam, &c. ja ein ſolches ſelbſt lauffendes Rad ſey/ welches von ſeiner innerlichen eigenen künſtlichen Bewegungs-Krafft ſo lange lauffen kan/ als an beſagter innern Structur und Beſchaffenheit nichts abnimmet/ zerdrümmert/ reiſſet und gebricht/ mangel- oder ſchadhafftig wird; Sondern/ da es möglich/ und die Materie keinen Mangel/ Unbeſtändigkeit/ Zerbrechlichkeit/ ꝛc. unterworffen wäre/ dieſes Werck ſich ſonder Zweiffel unaufhörlich bewegen würde und könte.

Zum nachdrücklichen Beweiß-Grunde hat auch wenigſtens dieſes Werck (als ein ob zwar annoch bloſſes Modell) dennoch zu Unſerm nicht geringen

eſſe debeat: ea ipſa dudum quæſita & deſiderata Machina, aut ita dictum *Perpetuum Mobile purè artificiale* quoad durantem materiam &c. imo Rota talis omnino ſit, quæ ab interna ſua propria artificioſaque vi motrice tamdiu motum ſuum continuare poteſt, quamdiu in dicta interiore ſtructura & eſſentia nihil deficit, frangitur, laceratur aut deperditur, imò quæ, ſi posſibile foret, nec materia ipſa defectui, mutationi, corruptioni & ſimilibus obnoxia foret, dubio procul motum ſuum ſine ceſſatione eſſet continuatura.

Ad majorem etiam veritatis confirmationem Machina hæc, etſi Majoris Operis modulus tantum ſit, ad Noſtram tamen non exiguam approba-

tio-

gen Vergnügen die längst verlangte Monahtliche Probe nunmehro schon / und zwar zweyfältig abgeleget / indem / da Wir solches Rad (nachdem es vorhero drey Monaht lang von vielen auß- und innländischen / hohen und niedern Personen viel und offt / im Lauff und Operation besehen worden) endlich den 12. Novemb. vorigen 1717. Jahrs verschliessen und versiegeln / und es sofort einen halben Monaht beständig lauffen lassen; Haben Wir Uns dann in eigener Persohn / bey Begleitung einiger von Unsern Ministris, den 26. Novemb. abermals dahin erhoben / die unversehrt gefundene Siegel eröffnet / alles und jedes nochmals genau observiret / und die in eben so starckem Lauff angetroffene Machine mit unsern eigenen Händen aufgehalten / solche auch ohne starcken Stoß / und sonder einige Concurrentz

tionem diu desideratum mensis integri experimentum, idq; duplicato temporis spatio, Nobis exhibuit; cum enim Nos rotam hanc (postquam trium mensium spatio multis Peregrinis & Nostratibus, Summis & imis quam sæpissime & frequentissime cursus sui & motûs specimen præbuisset) tandem die 12. Novembris Anni proxime elapsi 1717. obserari, obseratam appresso Sigillo muniri & dimidii mensis spatio constanter moveri jussissemus; die 26. Novemb. rursus eo Nos contulimus, non paucis Ministris Nos comitantibus, illæsa Sigilla Nostra cognovimus, recognita effregimus, omnia & singula quam curatissimè observavimus, & Machinam motu æque rapido agitatam comperimus. Tum propriis Nos Ipsi Manibus cursum Machinæ stitimus, nec multo post

absq;

des Meisters und Erfinders wiederum im Gang gebracht/ und hierauf zu desto mehrer Præcaution, die Fenster und alles übrige/ sorgfältigst verwahren/ auch die im Eingange des Zimmers befindliche Thüren in præsenz Unserer und der Unserigen verschliessen/ folglich etlicher Orthen wieder wohl verwahren und versiegeln lassen.

absq; notabili impulsu & Inventoris Auctorisque ulla ope motum Machinæ reddidimus, &, quo omnis aditus vel ipsi suspicioni præcluderetur, fenestras omnes cœteraque omnia quam sollicitè obturari, januas omnes, Nobis, Nostrisque omnibus coram inspectantibus, obserari, cunctaque quam optimè custodiri & appresis Sigillis muniri jussimus.

Als nun nach dessen Erfolg fernerweit schier sechs Wochen verflossen gewesen/ (ohne daß jemand binnen der Zeit zu der Machine kommen können/) und Wir dann am 4. Tag Januar. dieses mit GOTT angetrettenen 1718. Jahrs/ Uns wiederum nach Unserm Schloß Weissenstein begeben/ woselbst Wir nicht nur die aufgedruckten Siegel recognosciret/ und noch gantz unverletzt angetroffen/ sondern auch nach beschehener Oeff-

His ita peractis & elapsis fere sex septimanis (cum nemo hoc tempore ad dictam Machinam posset accedere) Nos die 4. Januarii Anni hujus, Propitio Numine inchoati 1718. Arcem Nostram Weissensteiniam petivimus, impressa ubique Sigilla non tantum Ipsi lustravimus & omnino intacta reperimus, sed apertis etiam januis fenestrisque *Mobile Perpetuum Orffyreanum* non interrupto motu agitatum, ut nuper

Oeffnung der Thüren und verstämten Fenster-Läden / das Orffyreische Perpetuum Mobile in seinem ohneunterbrochenem Lauffe einen Weeg wie den andern angetroffen / auch sonsten so wenig in dem Zimmer / als ausserhalb desselben / das geringste Merckmal einiger Bedencklichkeit verspüret; So haben Wir / ohnerachtet Uns der Inventor fernern Lauff willigst offeriret / eine längere Operation und Probe (zumal selbige / wie schon erwehnet / die von seiner Contrapart nur verlangte vier Wochen / sich bereits an die acht Wochen erstrecket) zu seiner Legitimation vor unnöhtig erachtet.

Was nun noch den viel gesuchten Nutzen anbetrifft / so hat auch solcher sich anhero unterschiedlich / theils durch den aufgezogenen Kasten mit Steinen / hiernächst an denen Stampen auß gantzem Holtze / insonderheit

nuper, ita hoc etiam tempore invenimus, lustratoque quam curatissimè toto conclavi ne tenuissimum actionis ullius, imo suspicionis, vestigium Nobis licuit reperire. Cumque Inventor longiorem Machinæ suæ motum offerret, specimen magis diuturnum (præcipuè cum à parte adversa desideratæ quatuor septimanæ duplicato temporis spatio essent adimpletæ) ad purgandam omni suspicione Machinam & absolvendum à calumniis Inventorem haudquaquam esse necessarium judicavimus.

Desiderata Machinæ hujus emolumenta quod concernit, ea cùm in elevata cista lapidibus plena, tum in pilis è solido confectis ligno, maximè verò in satis grandi tympano aquæ haustorio supra No-

derheit aber bey der letzt angelegten ziemlich grossen Wasser-Schnecke / wider Verhoffen verwunderlich gezeiget; Wir zweiffeln auch nicht / daß wann künfftig hin angeregtes Perpetuum Mobile nach der Vergociirung an Orthen und Enden / wo mehrer Raum als in den Zimmern verhanden / auch so dann mit Zuziehung mehrerer Gehülffen / und mit wenigerer Besorgniß / grösser und stärcker erbauet wird / solches so dann auch eine weit grössere Force, als die jetzige ist / erlangen / und hiernächst (zumal bey Combinirung mehrer solcher Machinen,) zu Uhr- Mühl- Wasser- Berg- und andern Wercken / sehr nützlich seyn werde.

Nostram Expectationem sese prodiderunt. Nec dubitamus, quin vendito hoc arcano, ubi Machina ejusmodi *Perpetui Mobilis* in locis magis spaciosis, additis aliis rotis auxiliaribus, robustior extructur, *Mobile* hoc *Perpetuum* longe majorem vim motricem sit obtenturum, adeoque præcipuè, conjunctis compluribus ejusmodi Machinis, horologiis, Molendinis, fontibus, Metalli-fodinis aliisque operibus summe proficuum sit futurum.

Zu dessen allen mehrerer Bekräfftigung nun / haben Wir auf des Inventoris unterthänigstes Ansuchen / nicht nur

Ut vero hæc omnia tanto certius confirmentur, Nos summissis Inventoris precibus inclinati, non modo Publico

nur dieſes Atteſtat unter Unſerer eigenhändigen Unterſchrifft und angefügten gröſſern Innſiegel / wiſſentlich mit reiffem Vorbedacht vollenzogen / ſondern erſuchen auch Alle und Jede / wes Standes / Ehren und Würden die ſeyn / denen Unſerigen aber ernſtlich befehlende / daß Sie angeregten / in Unſerm Schutz und Dienſten ſtehenden Commercien-Raht Orffyreum, dieſes ſeines ſonderbaren / in der Maſſe noch nie bekandt gewordenen Inventi halber / mit ungleichen Imputationibus nicht belegen laſſen / vielmehr denſelbigen aller reſpectivè Gnade / Protection und förderlichen guten Willens / auf ſein geziemendes Anſuchen und Bedürffen / fruchtbarlich genieſſen laſſen wollen.

blico Huic Noſtro Principali Teſtimonio Manu Propria ſubſcripſimus, & Scientes præmiſſa matura deliberatione appenſo majori Sigillo Noſtro roboravimus, ſed Omnes etiam & Singulos, cujuscunque Statûs fuerint Dignitatis & Conditionis, rogamus, Subditis verò Noſtris Clementisſimè mandamus, ut ſæpe nominatum Noſtrum Clientem & Conſiliarium Commerciorum Orffyreum ob illud ſuum, eâ ratione nunquam detectum, inventum *Mobile Perpetuum* ſiniſtris imputationibus affici, potius eum omni Gratia, Protectione aut benevola Voluntate, ubi debita ratione ab eo requiſiti fuerint, quam optime frui & gaudere jubeant & velint.

Welches Wir gegen Jeden nach Standes-Würden zu erwie-

Quod ipſum Nos Omnibus & Singulis pro Dignita-

wiedern auch respectivè zu verschulden / bey denen Unsrigen aber mit Gnade zu erkennen / gantz geneigt seynd.

Datum Cassel / am 27. Maji Anno 1718.

tis & Statûs conditione reciproce præstare, aut vicissim commerere, subditis verò Nostris Principali Nostra Gratia retribuere sumus quam promtissimi,

Dabamus in Metropoli Nostra, Civitate Cassellana die 27. Maji Anno 1718.

Carl /

CAROLUS

Jedwe-

Wedweder vernünfftiger Leser kan demnach selbst urtheilen/ ob ich bey so gestalten Sachen das bekandte solve mihi hunc syllogismum, gegen meine feindseelige Neyder/ und alle übrige Zweifler/ zu gebrauchen/ nicht guten Fueg habe? Gestalt ich nicht hoffen darff/ daß jemand so impertinent und ohnbescheiden seyn wolle/ diese mit Hoch-Fürstl. Hand und Siegel attestirte Speciem Facti zu dubitiren oder gar zu negiren.

Weßwegen ich ohne fernern Umschweiff zu meinem Zweck schreite/ welcher darinne bestehet: Daß ich 1. zu erkennen gebe/ es habe nicht an mir gelegen/ daß seiter 1712. und bisher diese sonderbare Erfindung der Welt noch keinen Nutzen gegeben/ und daß sie noch nicht höher als eine Curiosität geachtet werden wollen; sondern an ohngehofften Zufällen. Gestalt im Gegentheil ich dieselbe allezeit um ihres ohnbeschreiblichen Nutzens willen mit ohnermüdetem Fleisse und höchstem Eyfer gesuchet/ um dadurch vor das Pu-

EX hoc Tanti Principis Authentico Testimonio quisque non iniquus judex quam facillime pronunciabit, an aliquid ab æquitate alienum commissurus sim, si Zoilos, Momos & reliquos Scepticos invitem, ut quod trito diverbio dici solet, syllogismum, an potius Nodum Gordium, nunc dissolvant; Ut enim libere, quod sentio, dicam, neminem tam vesanum aut amentem fore judico, qui hanc Principali Testimonio confirmatam facti speciem in dubium vocare, ne dicam, negare ausit.

Ideoque etiam omissis ulterioribus ambagibus ad præfixum mihi scopum me confero, & ea, qua par est, submissione, observantia & humanitate significo 1. mihi omnino vitio vertendum non esse, quod ab anno 1712. ad hoc usque tempus inventa à me, Omnium primo, hæc Machina nullam publico attulerit utilitatem, sed hucusque cœtera inter rara & curiosa locum obtinuerit: totum enim quicquid id fuerit, in casus fortuitos & non prævisos refundi debet. Mea siquidem omnia desideria & indefessi conatus in id unum incubuerunt, ut Machinam hanc Humanæ Reipublicæ

Publicum **mich verdient zu machen.**

2 **Daß ich auch nun/ nachdem ich solche erlangt/ und zu mögli-cher** Perfection **gebracht** (so viel nemlich in so wenig Jahren bey ohnzehliger Hinderniß und Unterdrückung geschehen können) **höchlich bedaure/ daß solch lang** desiderirtes **Werck sich noch nicht nach Wunsch außbreiten/ und durch heilsame** Application **in der weiten Welt habe** multipliciren **müssen.**

3. Die Ursachen solcher Zufälle sind GOtt bekandt! und sollen von mir an diesem Orthe nicht weitläufftiger beschrieben werden: sintemal der Welt Unerkentlichkeit/ Boßheit und Undanck/ gegen GOtt und wohlverdiente Leute ohne dem nur allzubekandt ist. Es ist der Welt keine Ehre/ daß mehr auf die Erfindung eines Perpetui Mobilis, das ist/ einer Machine, die stets lauffe und niemalen still stehe/ ob sie schon nichts arbeite/ gewendet worden/ als nun auf das erfundene/ und der gantzen Welt zum Kauff exponirte Perpetuum Movens, oder so eine Machine, so nicht nur sich selbst unaufhörlich

utilissimam reperirem, & totum humanum genus hac mihi ratione demererer.

2. Inventa & ad perfectionem, quam adeo paucos intra annos & tot inter impedimenta operis & sufflaminationes impetrare potui, perducta Machina mea non sum dolori meo explicando par, quem ex eo hausi, quod opus tanto jam tempore desideratum pro voto meo nondum orbi communicare & quamplurimis vita humanæ usibus potuerim applicare.

Casuum istorum causas Is novit, Qui novit omnia, ideoque iis hic loci fusius enarrandis libens supersedeo, idque eo lubentius, quod mundi hujus in Deum & Homines, qui de Rep. bene mereri satagunt, ingratitudo & malitia nota sit universis. Est sane, quod erubescamus, cum consideramus plures sumptus esse impensos inventioni *Mobilis Perpetui*, hoc est Machinæ, quæ semper moveatur & nunquam sistat, etsi nulli alteri commodo subserviat; atque de facto impendatur *Principio Motus Perpetui*, sive Machinæ, quæ & ipsa perpetuo moveatur & alia simul onera secum mo-

lich bewegen / sondern nach Verlangen auch arbeiten und Dienste thun kan / spendiret werden wil.

Es dürfften grosse Herren auf die Erhandlung dieses Inventi nur einen geringen Theil dessen anwenden / was Sie sonst wol offt auf unrähtliche Wasser- und Mühlen-Baue verwenden müssen. Und warum solten alle Königreich / Fürstenthüme und Herrschafften Europæ conjunctim, ohne Ihre Empfindung / dem Inventori eines wahrhafftig- ohnschätzbaren Principii Mechanici sein Meritum nicht èquitablement vergelten können oder wollen? da ja überflüssig bekandt / wie hie und da offtmals geringe und weit unwürdigere Dinge mehr weg nehmen / als diese zur Ehre Gottes / der Vermehrung guter Künste / und zu überschwenglichem Nutzen gereichende Sache kosten kan: wann es nur in gnugsame Consideration gezogen werden wolte. Liberalitè und Resolution findet sich bey grossen Herren bald und genug / wann Sie nur von dem / was Ihrem Etat profitable seyn kan nohtdürfftige Wissenschafft und Nachricht bekämen. Dieses ist der haubt-Mangel! daß Patroni oder Mittels-Personen so wenig Eyfer

moveat, &, quocunque lubitum fuerit, impellat, utut ea venalis toto orbi exponatur.

Si *Serenissimis Potentissimisque Orbis principibus* Clementissimè videretur, possent Machinam hanc utilissimam suam facere impensa exigua tantum parte eorum sumptuum, quos sæpe numero nullo aut perexiguo impetrato fructu ædificandis hydraulicis aut molitoriis machinis coguntur insumere. Imo cur Regna Omnia, Ducatus & Respublicæ Europææ collatis opibus absque ærarii sui incommodo verisimi hujus & pretiosissimi *Principii motûs perpetui Mechanici* primo Inventori æquum laboris & meriti præmium refundere nollent aut non possen? cum apud omnes in confesso sit, quanto Majori Magnificentia præmiorum minora & longè minus utilia inventa haud raro compensentur, atque inventum, quod Divinæ Gloriæ, Bonis Artibus & Communi Utilitati servire natum est, deposcat, dum modo machinæ hujus emolumenta æquâ lance ponderarentur. Me quidem judice Summis Orbis Europæi *Capitibus* nec Liberalitas deest, nec voluntas, dummodo ejus, quod sub-

jecta-

fer um die Beförderung nützlicher Dinge spüren lassen / indem Sie die in öffentlichen Gazetten gegebene Nachrichten zu wenig oder gar nicht regardiren und Ihren *Souverain* anpreisen.

Solchen neutralen Patronis hat zwar das Publicum wenig zu dancken! doch sind sie bey weitem so schlim nicht / als die / welche auß angemaster Klugheit viel Dinge / daran Sie das geringste offtmals nicht verstehen / zu beurtheilen und zu taxiren getrauen / jedoch nicht besser / als wie Midas die Music des Apollo, ꝛc. dann Sie platzen herauß / und rechnen etwas / das Ihnen zu surprenant scheinet / sofort unter die Narrenpossen oder Betrügereyen. Und damit können Sie die heylsamsten ja göttlichsten Dinge und Vorschläge dissuadiren und supprimiren. Ein vieles hilfft dazu / wann Leute welche ihrer Erudition und Kunst halber in Credit, dabey aber so boßhafft und

jectarum sibi ditionum commoda promovere valet, necessariam habeant cognitionem. In hoc solo totius rei hujus cardo versatur, quod ii, qui Patronorum & Mediatorum partibus fungi possunt, exiguum adeo Zelum & inventorum Reipublicæ utilium promovendorum ardorem præseferant, nec haustam ex nunciis publicis notitiam aut perfunctorie nimis aut nullatenus Principibus Suis insinuent & commendent.

Indifferentibus istius modi Patronis quidem Respublica ipsa parum est obstricta, haudquaquam ii tamen adeo nocentes sunt, atque illi, qui Midæ de Apollinis cantu judicium imitati, confecta sua nixi sapientia, res quavis, etsi sæpe nullo sibi usu cognitas, dijudicare & æstimare non erubescunt. Hi ad ferendam sententiam prompti id ipsum, quod viribus humanis majus ipsis apparet, in numerum & censum stolidarum aut fraudulentarum etiam machinationum referunt, & hac ratione Inventa Divina resque utilissimas dissuadent & supprimunt. Ad quæ ipsa non parum ii conferunt, qui publicam eruditionis artisque suæ fidem Famam-

que

neydisch sind/ daß sie alles/ was auß ihrem Gehirn nicht entsprossen/ scheel ansehen/ und wo nicht gar negiren/ doch am wenigsten dubieux und gering achten/ solchergestalt aber jene Schwarcher unterstützen/ und offt mit Hand und Mund nützliche Dinge vernichten helffen.

Mein Inventum hat Feinde/ welche öffentlich wider dasselbige unbedächtig in den Tag hinein geschrieben/ und es nicht nur verdächtig zu machen/ sondern gar als eine Ertz-Betrügerey zu blâmiren gesucht; auß dem Fundament! weil es unmöglich und per causas naturales nicht seyn könne. Es hat auch Feinde/ welche nach Art der Duckmäuser sich auf die Præsumtion ihrer soliden Erudition und Characters verlassend/ per literas und per tertium propter panem, dasselbe als was höchst absurdes und ungegründetes zu disrecommendiren gesucht haben ꝛc. Und dieses ist die schändliche Maxim der boßhafften illiberalen ja inhumanen Welt/ daß sie gute Dinge (die nicht von sie herstammen) erstlich en chimere, und als ridicule, hernach aber wann sie durch die Experi-

que nacti eo simul nequitiæ invidiæque ascenderunt, ut omnia, quæ ex ipsorum non sunt nata cerebro, liventi oculo aspiciant, &, si non plane inficientur, ea tamen in dubium vocare nulliusque pretii habere non vereantur, quod efficiunt, ut Zoilos illos Momosque suffulciant, & ore opereque res utilissimas ad nihilum redigant.

Inventum a me arcanum quod attinet, & suos illud novit inimicos, qui omni consultatione omissa publicis illud scriptis invadere, neque suspectum modo reddere sed fraudis etiam dolique gravissimi arguere non reformidarunt, hoc unico nixi fundamento, quod ipsis *Principium motus perpetui* ad adynata & causis naturalibus repugnantia referendum videbatur: passum est & alios adversarios, qui quæsitis involuti tenebris, & solida sua, ut ipsi quidem arbitrantur, eruditione & caractere nixi cùm literis, tum famelicis internunciis usi, illud, ut quid ineptum & male fundatum traducere laborarunt. Est sane ea turpissima mundi in maligno positi consuetudo, ut res licet optimas, dummodo domi suæ non natas, aut impossibiles aut ridi-

perience convinciret worden/ en bagatelle tractire. Oder aber/ wann sie lang genug gelästert/ und dennoch endlich die Richtigkeit des Orffyreischen Wercks von der Wahrheit zu allen Fenstern hinein öffentlich gerühmet und bewundert wird; Sie/ die Schulter alsdann bald auf eine andre Seite wenden/ und sich ebenmässig solcher Erfindung auch anmassen und rühmen/ um nur hiedurch die Nach-Welt in Confusion und Streit setzen zu mögen/ wer doch eigentlich der erste oder rechte Erfinder und Meister müsse gewesen sey ꝛc.

Dornen und Disteln sind der Effectus des Göttlichen Fluchs! von diesen ist nach Außsage unsers Heylandes keine liebliche Frucht zu nehmen/ und doch können sie/ wo sie wachsen/ andere gute Gewächse unterdrücken/ ersticken und durch Beraubung nöhtigen Nahrung-Saffts verderben. Und eben also sind diese vorgedachte Leute auch beschaffen! Sie gedencken an kein quod tibi non vis fieri, &c. sondern sie ersticken und unterdrücken/ nach ihrer angebohrnen Hertzens-Boßheit und an sich geraubtes Ansehen/ fruchtbare Wissenschafften/ und werden ein Fluch vor andere gute und tüchtige Subjecta,

diculas æstiment, ubi vero quovis teste major experientia veritatem earum demonstrarit, nihili eas pendant, aut demum, postquam affatim sunt convitiati, & nihilominus meridiana ipsa veritas Inventi Orffyreani lucem suam ubique spargit, omnes undique spectatores in admirationem rapit, hi Zoili alia oberrent chorda, seque ipsos arcani hujus inventores proclament, quo id unum efficiant, ut nepotes nostri de primo inventore Principii hujus celebratissimi dubii reddantur & incerti.

Vepres & spinæ maledictionis divinæ effectus sunt, a quibus, sic differente ipso Servatore Nostro, optatos fructus frustra quæsieris, esto ii ipsi, ubi semel succreverint, herbas salutares opprimere, suffocare, & succo vitali ad se pellecto eas soleant enecare: haud aliter constituti mihi videntur ii, de quibus modo loquebar, homines. Divinum illud & ab ipsa nobis natura insitum axioma: *Quod tibi non vis fieri, id alteri ne feceris*, alta oblivione sepeliunt, suffocant potius & pro innata sibi malitia saluberrimas artes & scientias occupata quadam autoritate sufflaminant,

kta, welche sie nicht aufkommen und gedeyen lassen / indem sie die besten Inventa und Vorschläge vernichten und mit Füssen tretten. Darum daß sie andern nicht zum Segen / Beystand und Hülffe / sondern zum Fluch und Hinderniß haben werden wollen / so wird sie auch der Fluch treffen / daß sie der Ehre etwas Rühmliches und Ersprießliches erfinden oder herfür gebracht zu haben / nie fähig werden / indessen aber den Character ihrer grossen Eruditon und Profession nicht viel besser als die Sau ein güldnes Halßband getragen. Jumassen es ja was anders ist / etwas neues / ja gantz ungeglaubt- und aller Meynung nach vor unmöglich gehaltenes Erfinden / als etwas auß hundert andern Autoribus zusammen schmieren und zu Marckte bringen. Da andere Nationen sich eine Glorie darauß machen / wann durch einen oder den andern ihres Mittels etwas Löbliches / so man vorhin noch nicht gewust / außgesonnen und endecket worden / es auch denen Erfindern grossen Danck wissen / ja equitablement vergelten; So wirds der teutschen Nation (welche sich des Glücks grosser Erfindungen von langen Zeiten her vor

nant, perspicacia aliorum ingenia supprimunt, neque ea ad maturitatem aliquam aut perfectionem aspirare permittunt, dum optima etiam inventa & propositiones laudatissimas convellunt & pedibus proculcant. Ex quo ipso sane metuendum est, ut ii, qui alios probris omnibus maledictisque vexare cupierunt, ipsi etiam maledictis figantur, nec quidquam, reipublicæ salutare, ipsis glorioſum, a se inventum esse, gloriari valeant, sed celebratum eruditionis & professionis suæ nomen non alio cum decore circumferant, atque, ut dici solet, porcus circulum aureum. Non vulgaris enim est diversitas quidpiam omnino novum, nunquam hactenus creditum, imo pervulgata eruditorum sententia impossibile pronunciatum orbi sistere, & quidpiam ex 100. Scriptoribus consarcinatum mundo publicare. Nationes reliquæ summo sibi honori ducunt, si gentilium suorum quispiam laudabile quidpiam recens orbi communicet, conatus hosce glorioſos non celebrant modo, sed inventori etiam gratias deferunt & præmia; quid vero laudis

vor andern zu rühmen hat) bey der Nachwelt wenig Ehre und Lob bringen/ daß man den Erfinder des wahrhafften Perpetui Mobilis Mechanici, an statt guter Belohnung/ Schutz und Ehre mit Schmach und Hinderniß unablässlich belegen müssen.

Alleine/ wo seyd ihr nun/ ihr Helden! die ihr durch eure hochgelehrte Demonstrationes des Orffyrei Principium Motus perpetui Mechanici zu nichte zu machen gedachtet? wird euch auch die Experience übermeistern können? oder da ihr ja noch recht zu haben gedencket/ so trettet hervor/ und wendet alle Kräffte eures Unglaubens an/ dieses Hoch-Fürstl. *Atteſtat* umzustossen; Ich meyne/ ihr werdet gleich seyn denen Gigantibus, so sich den Himmel zu stürmen/ aber mit einem gantz jämmerlichen Succeſs, unterfangen. Dann eine inconteſtable Wahrheit umstossen wollen/ ist ja in der That viel töhrichter/ als es bisher eurer Meynung nach töhricht geschienen/ das Perpetuum Mobile machen zu wollen.

End-

allaturum sit Germanis, quos tot præclaris inventis præ Populis aliis Deus multo jam tempore beavit, quod primo veriſſimi *Mobilis perpetui Mechanici* Inventori præmiorum loco contumelias, honorum vice perſecutiones reddi paſſi sint, id ego hic quidem non definiam.

Ad vos me converto Antagoniſtæ Mei, prodite nunc, ſi quid adhuc frontis vobis ſupereſt, in publicum, qui eruditiſſimis illis veſtris demonſtrationibus *Orffyreanum motus perpetui Mechanici principium* ſubvertere volebatis. Edicite, utrum ipſi tandem experientiæ herbam porrigere, aut veſtram adhuc malitis tueri opinionem; ſi poſtrema vobis ſtat ſententia, agite, vires veſtras omnes colligite, & Principale hoc Authenticumque evertite Teſtimonium. Illud tamen ſimul ſolliciti cavete, ne illa Gigantum, quibus ſtolida ea jovem cœlo pellendi ſederat opinio, celebrata ſtrages vos communibus involvat ruinis. Certe multo eſt ſtolidius veritatem omnibus perſpicuam velle inficiari, atque vobis viſum eſt ſtolidum, *Perpetuum Mobile* reipſa orbi velle ſiſtere.

Tandem

Endlich aber / da dieſes Perpetuum Mobile an deſſen realité nun ferner nicht mehr zu dubitiren iſt.

1. GOtt / den allerhöchſten Verleyher / ꝛc.
2. Das *Publicum*, das iſt: Die Durchlauchtigſten Häupter / Regenten / Herrſchafften / *Republiquen* und Stände der Welt / ꝛc.
3. Gelehrte Leute / *Mathematicos*, *Mechanicos*, *Architectos*, *Metallurgos*, *Fabriqueurs*, *Oeconomos*, *&c.* und dann auch
4. Mich / als Erfindern ſelbſt / angehet.

So ſol von wegen jeden Theils dieſe Vorſtellung eingerichtet ſeyn. Und zwar

Erſtlich.

SO biſt du / o GOtt! der alleine Mächtige; der du um dein ſelbſt willen / und zu deines hochheiligen Namens Ehre und Herrlichkeit / alles thuſt und gethan haben wilſt; Dir gebe ich mich mit Allem / was du mir verliehen / wieder / und dancke deiner Heiligkeit / daß du unter ſo unzehlichen Adams-Kindern nur meiner Wenigkeit zu erſt haſt gönnen

Tandem autem, cum ſæpe dictum Mobile perpetuum, de cujus reali exiſtentia ultra dubitari nequit, pertineat.

1. Ad *Deum T. O. M.* tanti arcani ſupremum authorem.
2. Ad *Auguſtiſſimos*, *Sereniſſimos*, *Potentiſſimos*, orbis univerſi *Imperatores*, *Reges*, *Principes*, *ad Respublicas & Status univerſos.*
3. Ad omnes eruditos, *Mathematicos*, *Mechanicos*, *Architectos*, *Metallurgos*, *Opifices*, *Oeconomos &c.* & denique
4. Ad me ipſum ejusdem Primum Inventorem.

Ad univerſos & ſingulos hæc publica mea inventi mei propoſitio dirigetur. Et quidem

Primo.

TU o Magne Deus Solus ille potens es, qui propter Te ipſum & Sanctiſſimi Nominis Tui honorem & gloriam omnia operaris, & operatus es: Tibi cum omnibus, quæ Clementiſſime mihi tribuiſti, me totum reddo. Sanctitati Tuæ gratias ago, quod innumeros inter Adami filios mihi omnium minimo eam concedere volueris Spiri-

gönnen wollen/ diese von denen **weisesten Leuten** vorlängst so sehnlich gesuchte/endlich aber explodirte/ und seinem unaußsprechlichen Nutzen nach unglaubliche perpetuirliche Bewegungs-Krafft zu erkennen und ins Werck zu bringen: damit deine Weißheit immer mehr und mehr verherrlichet/ und deine täglich neu-werdende Güte gepreiset werde / an einem geringen **Werckzeuge**/ welches die berühmten **Klugen** dieser Zeit zu so einer ungemeinen prestation, nie vor voll angesehen. Aber **deine Krafft** war es/ die mich zu so langen unermüdeten **Suchen** und Forschen antrieb; deine Barmhertzigkeit gab Gedult; deine gute Hand gab die Mittel; deine Allmacht gab mir Verstand/ und deine allein weise Wahl und Güte ließ mich finden. O/ ich bin viel zu gering/ **HERR**! aller deiner Barmhertzigkeit und Treue/ die du an mir deinem armen Knechte gethan hast. Gepriesen sey dein heiliger Weeg/ auf welchen du meine Krafft gedemühtiget/und mich viel **Feinde** finden lassen/ welche mich und deine mir anvertraute Gabe zu Schanden zu machen nichts gespa-ret. Sie gedachtens böse zu machen! **Du** aber/ o verborgner GOtt! gedach-

tus Tui S. gratiam, ut hanc a tot Sapientissimis tam studiose investigatam, demum derelictam, supra hominum fidem tamen utilissimam *vim perpetuo moventem* agnoscerem, & in opus redigerem, quo Sapientia Tua semper magis magisque celebraretur, & Tua quotidie innovata Bonitas nova semper Gloria in me abjectissimo Tuo instrumento afficeretur, quod ipsum tamen celebrati illi seculi hujus sapientes ad rem adeo incredibilem præstandam ineptum esse judicabant, Tua fuit Omnipotens Clementia, quæ me ad diuturnam adeo investigationem impulit, Misericordia Tua patientiam mihi concessit, Clemens Manus tua facultates impertiit, Potentia Tua ingenii vim indulsit, & Sapientissima Tua Providentia & Bonitas, ut investigata reperirem, effecit. Magne Deus, quis sum ego, ut tantam Tuam erga me Misericordiam & Clementiam, quam mihi servorum Tuorum infimo concessisti, deprædicem. Benedictæ sint illæ viæ tuæ, in quibus vires meas humiliasti, & tot hostes contra me excitari voluisti, qui me commissumque mihi a Te donum destruere

fata-

dachtests gut zu machen: nemlich so/ wie es nun am Tage ist; Dann gegen einen Feind hast du mir viel Freunde gegeben; ja die Feinde selbst haben wider ihre Intention durch ihre Boßheit mein Bestes befördern müssen. Darum bitte ich vor sie/ Heiliger Vatter! daß deine Barmhertzigkeit über sie auch walten möge zu ihrer Bekehrung/ und zur Erkäntniß ihres begangenen Unrechts und Frevels/ damit sie mich/ der ich ihnen doch nie was zu Leyde gethan/ angegriffen; deine Gabe vernichtet; den Segen/ den die Welt allbereits davon hätte ziehen können/ aufgehalten; meine Ehre in den Staub geleget/ und mein emergirendes Glück zu Boden gestossen haben. Sie mögen eines Theils geeyfert haben um die Wahrheit/ aber mit Unverstand/ ja mit Haß/ Neyd/ Ehrgeitz und Unbescheidenheit! Sie liessen sichs gefallen zu lästern/ da sie nichts von wusten! Darum laß ihnen sambt und sonders den Segen eines sich schämenden und Leydtragenden Hertzens zu gute kommen/ auf daß ihnen ihre Fehler vergeben und nicht behalten seyn mögen. Vornemlich aber/ O Heiliger GOtt! lobe und preise ich dich/ daß du das gnädige Antlitz dei-

satagebant. Cogitationes eorum in malum tendebant, Tu vero, o Deus inscrutabilis! ex malo bonum eruere voluisti. Arcanum fuit Sapientiæ Tuæ consilium, ita ut nunc sunt, omnia ordinare. Tu exiguo adversariorum meorum manipulo quam plurimos opposuisti amicos, imo, ipsa inimicorum meorum consilia, ut mihi utilia operarentur, Sapientissime voluisti. Sancte Pater, rogo te pro inimicis meis: Tuam super eos effunde Misericordiam, ut convertantur, & commissam in me agnoscant audaciam & injustitiam, qua impulsi me, nullius sinistræ in eos voluntatis reum, aggressi sunt, Donum Tuum pessundederunt, eam, quam ex hoc Tuo Munere Mundus capere potuisset utilitatem, interverterunt, honorem famamque meam & nascentem fortunam meam subverterunt. Quantum sibi persuaserant, veritatem propugnaverunt, sed non sine imprudentia, non absque odio, invidia, ambitione & inhumanitate. Quod nesciebant, contempserunt, ideo omnibus & singulis cor verecundia & dolore plenum imperti, ut errata illorum ipsis condonentur, nec in diem Iræ

Tuæ

deines Gesalbten / des Durchlauchtigsten / meines gnädigen Fürstens und Herrns / zu mir hast wenden / mich dahin beruffen und vor Ihm Gnade finden lassen wollen ; Laß es / O GOtt ! Seiner Durchlaucht und Dessen Hoch-Fürstl. Hause zu ewigen Ruhm gereichen / daß Sie der Schutz und Hülffe eines um deiner Gabe willen geneydet- gehasset- und gedruckten Mannes zu seyn / sich nicht geäussert. Sey du wiederum sein Schutz und Hülffe wider alle Widerwärtigen / ja Sein Schild und grosser Lohn ; Crône Ihn mit hohen und ungekräncktem Alter / und Sein Durchlauchtigstes Hauß mit Aufnahme und steten Segen ; daß es eine fernere Zuflucht bleibe aller etwan noch gedrückter und verfolgter Tugend / oder um das gemeine Wohl bemühet lebender klugen Leute ; Und daß auch ich armer Frembdling allhier über keine Unrechtmässigkeit zu seuffzen Ursach habe : sondern es mit meiner Mühe / Negotiation und unermüdetem Fleisse ablauffe / wie ich hoffe und wünsche / ꝛc. Lencke auch / o allergewaltigster GOtt / nach deiner verborgenen Krafft allen andern *Potentaten* / *Regenten* / Herrschaff-

Tuæ reserventur. Præcipue autem o Sancte Deus ! Te laudo & celebro, quod Clementissimam Christi Mei Caroli faciem ad me dirigere, me huc vocari & gratiam invenire volueris. Cedat id o Magne Deus ad Perpetuam *Serenissimi Principis Totiusque Serenissimæ domus* laudem & gloriam, quod homini, ob donum tuum invidia, odio & injuriis affecto, Potentissimum Suum Præsidium & Auxilium non subtraxerit. Esto Tu vicissim Omnipotens Deus ! *tanti Principis* Præses & contra inimicos Protector, esto Scutum *ipsius* & merces magna nimis. Corona *Serenissimum CAROLUM* vegeta & robusta Senectute, *Serenissimam Domum* perpetuo auge incremento, & non exhaustis eam imple benedictionibus. *Sit Serenissima hæc Domus* perpetuum eorum asylum, quibus aut virtus ipsa aut laudatissimum boni communis studium hostes parit & inimicos : habeam hic Ego miser & extraneus ab omni injuria immunitatem, gustem hic Bonitatis Tuæ abundantiam, ut labor meus, hæc publica arcani mei propositio & indefessum meum studium sperato optato successu non careat.

Ad-

schafften und Ständen der Welt das Hertz/ vorgedachtes hohe Exempel gnädigster Protection und Munificirung sothanen mir verliehenen Inventi, ihnen sämbtlich wohl gefallen zu lassen/ und das Werck selbst mehr nach Würden deiner verliehenen Güte/ als der Importance seines Nutzens aufzunehmen/ und zur heylsamen Application vor ihre Länder und liebe Unterthanen kommen zu lassen/ unter billiger Belohnung meiner kümmerlich- überstandenen Arbeit/ Periculs und aufgewendeten Kosten. Du wollest auch als die unerschöpffliche Quelle vollkommener guter Gaben weisen und gelehrten *Mathematicis* zu erkennen geben/ daß es dein Werck und Geschencke sey/ und nicht vor einen geringen Segen zu halten/ daß du ihnen vor andern vergönnet habest die Erfind- und Beweisung wahrhafftiger Beschaffenheiten/ deiner grossen und herrlichen Geschöpffe/ nach dem Unterscheide der Zahl/ Maaß und Gewichts/ insonderheit derer Eigenschafften und Beschaffenheiten/ deine Ehre verkündigender himlischer Lichter; Deine unaufhörliche und stets gegenwärtige Macht darstellender Bewegungs-Kräffte;

Adhæc Magne & Omnipotens Deus juxta Arcana Potentiæ Tuæ Consilia reliquorum omnium Regum, Principum, Rerumpublicarum & Statuum mentes eo inclina, ut omnibus placeat, tam Illustre *Principalis Gratiæ & munificentiæ* Exemplum imitari; Inventum meum non tam ob ineffabilem ejus utilitatem, quam ob Te Maximum Ejus Authorem Infinitamque Tuam Bonitatem æstiment, illudque, adjecta æqua exantlati laboris mei, periculorum & sumptuum impensorum compensatione, subjectarum Sibi Terrarum & Nationum utilitati & emolumentis suum faciant. Omnibus etiam Sapientibus & Eruditis Mathematicis, Tu o Inexhauste Omnium Perfectorum Donorum Fons, pandere dignare, quod opus sit & munus Bonitatis tuæ, nec vili æstimandum, quod ipsis, neglectis tot aliis, Clementissime concesseris inventionem & demonstrationem substantialium essentiarum, Magnarum & nobilissimarum creaturarum, idque juxta numerum, pondus & mensuram, præcipue quod iisdem impertieris cognitionem naturæ & proprietatum magnorum istorum Luminarium, quæ tot

Deine Providentz-beweisender Zusammenfügung beydes das Universum als dessen Stücke außmachender Cörper; Deiner Wahrheit anzeigender Auflöß-Gründe / und unzehlich andrer trefflicher Dinge / worüber du sie zu Haußhaltern gesetzet hast. Laß sie eitel Lust an deinen Wundern finden / nicht in eitler Selbstgefälligkeit / der sie gleich aller Creatur zugethan sind / sondern zum Preise deiner Herrlichkeit. Damit wie die wahre Religion in der Nachahm- und Vollbringung deines Willens bestehet; also auch ihre / das ist Mathematische Weißheit in der Imitation deiner unermäßlichen Schöpffers-Krafft bestehen möge. Auf daß die Schätze deiner Erkäntniß / und der Reichthum deiner Güte / in denen Kräfften der Natur / mit kindlicher Hochachtung gesuchet / mit erleuchteten Hertzen gefunden / und mit freudiger Danckbarkeit angewendet und genutzet werden möge. Gieb ihnen und allen Werck-Leuten Verstand / (nach der vielleicht baldigen Verhandlung) dieses dein mir anvertrautes Principium unendlicher Mechanischer Bewegung / auf unzehlige Weyse wohl und heilsamlich zu

linguis, quot radiis, Tuam Orbi Gloriam manifestant; quod illis dederis scientiam principiorum moventium, quæ infinitam & in omnibus omnia operantem Potentiam Tuam testantur; quod largitus iis fueris cognitionem corporum, Providentiam Tuam ipsa partialium substantiarum & universi totius conjunctione loquentium, Scientiam analyseos Tuæ Veritati respondentis, aliarumque innumerarum rerum, quarum illos administros & interpretes esse voluisti. Complaceant sibi non in principiis humanæ Sapientiæ, cui cum cœteris creaturis addicti sunt, sed in mirandis Potentiæ Tuæ operibus ad Gloriæ Tuæ propagationem, ut, quemadmodum Vera Religio in imitatione & perfecta Voluntatis Tuæ Sanctissimæ executione sita est, ita & Mathematica eorundem sapientia in imitatione Infinitæ Tuæ Potentiæ sit collocata. Thesauri Cognitionis Tuæ & Divitiæ Bonitatis Tuæ, in ipsis naturæ viribus, filiali cum reverentia & æstimatione requirantur, corde a Spiritu S. Tuo illuminato inveniantur, & promptissima gratitudine impendantur & humanis

zu appliciren/ und sey uns allen freundlich/ O HErr unser GOTT! Gieb Friede und Ruhe/ und fördere das Werck unserer Hände bey uns/ ja das Werck unserer Hände wollest du fördern zu deinem einigen Lob/ Preiß und Ehren/ und zu unsers Nächsten Nutzen; der Du bist aller Dinge Anfang und Ende.

nis usibus insumantur. Da illis omnibusq; opificibus intellectum, ut subsecuta arcani venditione hoc mihi adhuc creditum *Principium Motus Mechanici perpetui* innumeris viis optime & salubriter impendant & applicent. Sis omnibus nobis Deus & Pater Noster, Pacem Tuam nobis elargire, opera manuum nostrarum dirige & promove ad solam Tuam Laudem, Honorem & Gloriam, & Proximorum Nostrorum Emolumentum, ô Deus! Qui rerum omnium Principium es & Finis.

Zweytens.

WJe nun meine Pflicht gewesen GOtt zu geben was Gottes ist/ so gebühret sichs auch dem Käyser zu geben/ was des Käysers ist. Das ist: Denen Häuptern/Regenten und Herrschafften der Welt dasjenige anzupreisen/ was ihr hohes *Interesse concerniret*. Sonderlich in gegenwärtigem Antrage zu zeigen/ was ihnen dieses Perpetuum Mobile einbringen und nutzen könne. Jedoch sey ferne von mir hierinnen gemeynet zu haben/ ob solten Potentaten ꝛc. auf dergleichen Machi-

Secundo.

QUemadmodum officii mei partes a me postularunt, ut Deo tribuerem, quæ Dei sunt, ita vicissim meum est, ut Cæsari reddam, quæ sunt Cæsaris. Meum, inquam, est, ut *Augustissimis Serenissimis, Potentissimis Mundi hujus Capitibus* id ipsum offeram, quod Ipsorum commissarumque Ipsis Rerum publicarum commoda natum est promovere. Præcipue onus id meis sentio humeris impositum, ut in hac publica *Arcani mei* Propositione demonstrem, quid commodi

Machinen imposten oder Onera legen/ dergestalt/ daß niemand ihrer treuen Unterthanen sich einer solchen Invention bedienen dürffe/ zu wasserley Behuff es auch seyn möge/ es sey dann pro concessione ein gewisses Geld erleget/ und dieselbige gleichsam damit erkauffet: Sondern meine Meynung gehet nur dahin/ daß wann jemand solche emploiren wolte/ zu etwas/ wovon der Obrigkeit a l' ordinair ihre Gefälle (sie heissen wie sie wollen) gebühren. Zum Exempel: Wann jemand das Perpetuum Mobile zu einer Papier-Walck-Oel-Grütz- und Mahl-Mühle/ oder dergleichen sonst/ gebrauchen wolte/ so wäre nichts billigers/ als daß er auch die gebührende Præstanda oder Canones, womit andere Mühlen beleget sind/ ertrüge. Gantz ein anders aber würde es seyn/ wann jemand vermittelst dieser Machine, zum Exempel/ Wasser in sein Hauß/ Hof/ Garten und Felder bringen wolte/ oder vice versa, zu mehrer Cultur und Lebens-Bequemlichkeit. Und demnach so gebe als eine incontestable Wahrheit an/ daß

1.) Alles dasjenige/ was bishero durch Wasser/ Wind/ Gewichte und animalische Kräffte vermittelst gewisser

Meum Hoc *Perpetuum Mobile* adferre possit & valeat. Quo ipso tamen id innuere nolo, atque si Supremi Orbis Magistratus hasce Machinas vectigalibus tributisque debeant subjicere, ita ut subditorum nemo hac inventione uti & frui possit, nisi certa pecuniæ summa, vectigalis loco persoluta, usum ejus redimat. Id solum dicere volo, quod, si quis machinam hanc iis rebus adhibere vellet, quæ ordinariis subjacent vestigalibus, puta molendinis, conficiendæ Papyro, Panno, oleo aliisque rebus destinatis, nihil æquius futurum esset, quam ut ab aliis præstari solita onera ipse etiam subeat & dissolvat. Ubi vero quis privatis tantum emolumentis, ut deducendæ in domum, hortum, pascua & agros aquæ, aut eidem abducendæ eam vellet impendere, eum oneribus hisce liberandum esse censeo. Quibus præmissis, ut veritatem longe verissimam, hisce sequentia propono.

1.) Ea omnia, quæ huc usque motum suum ab aqua vento, ponderibus aut viventibus mutuata sunt,

wisser Machinen/ sie heissen Wasser- Wind- Roß- oder Hand-Mühlen; Kran-Räder/ Haspel/ Bock/ Stangen-Züge/ oder wie sie wollen/ getrieben und verrichtet wird; auch durch dieses mein Perpetuum Mobile verrichtet werden könne/ und zwar offt mit grössern Vortheil/ gestalt die Krafft meines Rades (welches in noch habender Beschaffenheit höher nicht als ein Modell außgebe) in infinitum multipliciret/ mit denen ordinairen Potentiis Mechanicis combiniret/ und aller auch der grössesten Last oder Gewalt in seiner Krafft und Würckung/ nach der Verhandlung/ entgegen gestellet werden kan.

2.) Daß grossen Herren nicht unbewust seyn werde/ was es koste/ Mühlen- und Kunst-Wercke an entweder sehr grosse Schiffbare sich öffters über alle Massen ergiessende Ströme: an Torrents, und zwischen Gebürgen hergehende kleine Bäche/ beydes anzulegen und im Stande zu erhalten. Dann die Kosten und der Schade/ welchen das offtmalige Wachsen und Fallen des Wassers zu causiren pflegt/ ist schwerlich zu beschreiben. Bald ist dessen zu viel/ daß die Mühl-Räder ersäuffen/ oder durch angelegte Pan-

ther-

sunt, sive sint hydromylæ, molæ alatæ, machinariæ aut trusatiles, aut alia pectinibus, rotis, succulis, ergatis aliisque inventis agitata; etiam ope hujus mei *perpetui Mobilis* agitari posse, idque magno sæpe cum emolumento. Nam rotæ meæ (quam defacto prototypi mensuram & vim non excedere pronuncio) vis motrix in infinitum multiplicari, una cum ordinariis potentiis mechanicis conjungi & omni etiam gravissimæ moli & violentiæ sua vi & efficacia, ubi arcanum meum divenditum, itaque publicatum fuerit, opponi potest.

2.) Suppono, Summis Magistratibus haudquaquam esse ignotum, quanti sumtus & quam magnæ impensæ requirantur, ut molæ aliæquæ machinæ artificiosæ aut ad majora, navium capacia ripasque sæpe numero suas egredientia, flumina, aut ad torrentes & intra montium angustias rapido cursu evolutos amnes cùm extruantur, tum in suo usu conserventur. Vix enim quis par erit describendis damnis & sumptibus enumerandis, quæ frequens aquarum eluvio aut earundem defectus solet ac-

 cersere,

her-Wercke aufgezogen werden müssen. Bald aber ists zu wenig / daß die Gäste nicht gefördert werden können. Bald reissets Dämme und Gräben durch / vornemlich aber ists der Winterkälte so unterworffen / daß gar offte auf viel Meilen keine Mühle im Gange bleibet / und Menschen und Viehe in Noht gerahten müssen. Und diesen Zufall leyden sonderlich die Schiff-Mühlen. Da nun

3.) Dieserwegen / und an Orten wo gar keine Flüsse sind / man auf Wind-Mühlen zu gedencken genüssiget worden; so sind zwar dieselben denen Zufällen derer vorigen nicht unterworffen; haben aber dagegen den Mangel eines egalen Triebs / und können offt bey anhaltender Wind-Stille etliche Tage / ja Wochen nicht arbeiten; haben auch in grausamen Stürmen nicht weniger Gefahr als die vorigen bey grossen Fluhten. Uber dieses können sie zu solchen Behuff / wo entweder eine allzeit gleiche Force, oder unveränderte Viteſſe des Mou-

